# FRANCISCI PETTI
## A SANCTO ELIA
S.T. ET V.I. DOCTORIS ABBATIS APICII
ACADEMICI OCIOSI

# ODARVM LIBRI DVO.

Ad Eminentiſs. & Reuerendiſs. Princ. D.

## D. AVGVSTINVM
CARDINALEM OREGIVM
ARCHIEPISC. BENEVENTI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



NEAPOLI, Typis Io. Dominici Montanari.
M.DCXXXIV.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

*Imprimatur*

Felix Tamburell. Vic. Gen.

D. Ioan: Dominicus Auliſius S. T. D. Canonic. Deput.

Siluanus de Vico Theolog. Deput.

Digitized by Google

# Odarum Liber Primus.



## Ad Eminentiſs. & Reuerendiſs. Principem D.D. Auguſtinum Card. Oregiũ Archiepiſcopum Beneuenti.

### ODE PRIMA.

NE genas turmæ lacrymis rigate
Virginum ſacræ, pueriq; caſti,
Si venit ſerus viduam tiara
Præſul ad Vrbem,
Tardus à magnis elephantis exit
Artubus partus, quòd amica turris
Comprimet dorſum, gladij, & Moloſſus
Agmine Pyrrhus,
Summus vt Princeps regimen moratur
Samnij cunctis populis petitum,
Serior ſic mens potius profundit
Munus egenis:
Culmen Oregi legit apparatum
Murice, & doctum benè conſulentem
Rebus immenſis fidei, regendis
Rebus & Orbis;

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO



Digitized by Google

Ite nunc læti pueri, & puellæ
Ter comas ſciſſæ religate nodos,
Fana vobiſcum prece ſed fatiget
Sacra Sacerdos,
Vt dies cunctos numeret vetuſtos,
Ducat & caulas ouium vireta
Sedulus curæ per amœna legis
Ore verendo;
Non gregi tantum lituum recurua
Cuſpide oſtendet, ſed amore vitæ
Integræ ſummos trahet ad triumphos
Vndiq; cæli,
Mente ſcriptorum genus omne vaſta
Acer,& promptus penetrare vidit,
Et venenatas reſecans colubras
Dogmata prompſit;
Scriptor immenſus ruit vt profunda
Mente ſublimis, peritura nunquam
Fama ſic laudem meritis paratam
Proferet vſque.

# Ad Sanctiſs. DN. Vrbanum VIII. P. O. M,

## ODE II.

VRBANE ſuaui cuncta ſupercili
Nutu ſupremus temperat arbiter,
Et Regna cæli, & terræ inertis
Imperio regit ima ſummo,
Vrit priorem flamma Dei chorum.
Arcana rorans, quæ ſapientia.
Mentis paternæ condit, infra &
Turba ruit tenebras ſuperna:
Vt ſcita poſſint ponere præuio
Splendore luſtrat corda Quiritium,
Prudens volenti iura, faſq;
Dicere, iuſtitias recenſet,
Nutu timendam Palladis Aegida,
Ianiq; vectes bella rebellibus
Mouit minari, pace & orbem
Compoſuit generandus aluo,
Atq; intus implens omnia dat trahi
Ira leones, moribus imbuit
Agnos amicis, mella Hymetti
Ponere dans apibus latebris,
Dicentis artem quam vocet inclyta
De colle ſacro Calliope caput
Laudare ſummum Heroa; Cygnus
Deterit ingenio paluſtris;

Di-

Diuina nexu tu Triadis doces
Orbem, vices cui prouida mens Dei
Portare fidit ſacro Atlanti, vt
Ritè regas ſimilis caduca,
Et purpurati conſilium Patres
In te reponunt grande decus, tuum
Os intuentur promptiores
Principis & placitis verendis;
Qualis profundis Oceanus vadis
Calpen adurgens, atq; Abylam ruit,
Inſanientem & Boſphorum icit
Parturiens fluuios per Orbem,
Immenſa talis mens tua purius
Scientiarum Mercurij nota
Deuoluit alta, ex ore dulci
Nectar & eloquij profundi;
Europa motus continuit truces,
Cum Barbarina mente ſalubrius
Nil nouit, intactum nefaſti
Cumq; nihil furibunda liquit
Excetra *D*aci, mœnia martiæ
Direptor Vrbis concutiet minus,
Prudentis artes odit, arces
Atq; necem furijs minantes;
Bacchata cæcis Huſſiadum dolis
Peſtis domorum clauſerat Inſubri
Poſtes, abegit Roma glandes
Finibus, & piceum venenum.

O'ſi

Digitized by Google

O' ſi ſupremi poſteritas pia
Paſtoris almis inſtiterit vijs,
Vrbina quot primæ tiaræ
Sponte ſua iacient tyranni;
Albani at æuum proferat oppidi
Delectus aer, non pigrum & ocium,
Auguſtus vt quondam laborans
Pierio recreeris antro:
Et corda Regum bella iubentium
Librent Nepotes; voce tua probent
Hoc, illud haud, & pace parta
Auſoniæ reſecent pericla,
Paſtor petenti viue gregi diù,
Quem paſcis, Orbi quem regis integer,
Delubra ſplendent, infulæquè
Proſpiciunt animo merenti;
Rerum redundat copia in horreis
Fruges, lyæi dolia Maſſici,
Gaudet repoſtis Vaticanum;
Quilibet adueniens viator,
Audax repono pauca, nec improbat
Hæc Muſa, vaſtum nam oceanum petit.
Aequè Indus; ac dulces Hydaſpis.
Amnis aquæ trepidare ponto;
Procumbit imus barbitus, & pedes
Lambit beatos, & pudet aſperum,
Arriſerit ſi audire tantùm,
Carmen erit Lyricum perenne.



Digitized by Google

# Ad inclytum Regnum Neapolitanum.

## ODE III.

παραίνεσις.

*Ad auerruncanda mala, quæ ſæuiunt ad indigetes confugiendum.*

CLio ſacra ſonis carmina barbati
Supplex aſſocia, hoc munus amabile
Iracunda Dei fulmina diſpulit;
Regnum Parthenopes nobilis inclytum,
Multa flecte tuos Indigetes prece, &
Mites, vſq; pijs, qui Vrbibus incubant,
Præſentesquè iuuant ſolicitè voca.
Fert Europa ſua in viſcera peruicax
Cognatas acies, foedere diſſito
Pilis & proprijs pila minantia.
Heu quò quò ruitis? qui malè dexteris
Aptantur gladij ritè reconditi!
Effuſine plagis ſanguinis Inſuber
Parum reſpiciet? iungite foedera,
In diſpar furiat ſe fera bellua,
Contra res Aſiæ ſpicula vertite,
Implexasquè Dei ſarcophagi vias
Deuotis faciles reddite greſſibus,
Si correcta ſilent ſchiſmata Græciæ;

Præ-

Præfocat celeris tetra lues grauans
Per tractus ſiculos guttura, glans tumens
Tonſillas pueris obſtruit, & furens
Flores Parthenopes decutit inclytę
Spe priuans viduas pernicies domos,
Ignauaquè fame fit piger Allobrox,
Pallent ora ſuis ciuibus & rigent
Contracta vnca manus, membraquè frigore,
Debacchata lues Dœmonis artibus
Cæcis Italiam perdere nititur
Tabo conficiens, claudit & Vrbium
Vectes Huſſiadum ſæua procacitas.
Prædixere Italis exitium omine,
Quæ portenta modò pertulimus fera,
Luſtris ſæpe tribus te quatit anxium
Terris impatiens ſpiritus, Appulis
In murum paries Vrbibus arietat,
Summis templa ruunt culminibus ſacra,
Gens ſub ruderibus plurima conditur,
Rimoſiſquè locis mœnia vix ſua
Stant compage, furens it vagus Adria,
Iratusq; fugit litora perſtrepens
Ventis qui fuerat grande repagulum,
Qui terram nimio frigore clauſerat
Inuitus calidis truditur hoſtibus,
Limoſaquè tenax obſtrepit Aufidi
Efferuentis aqua ripa ſilentiùs.
Squalet terra ſitu, flamine conticuerunt



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Garganiquè pedes, ſpiritus igneus
Sancti culta Seueri eripit Vrbis, &
Oram limitibus commouet Appulam,
Finduntur Calabris compita peruia
Moerori ſtygio, vtquè horrida Tænari
Tellus bruta patet fortis arantibus,
Mens humana ruit per vetitum nefas,
Vires Angelicas pulſus at impotens
Antris aſſociat, ſuſtineant onus
Nè terræ ſcelerum diffidit & latus;
Non arſere comis aſtra minacibus,
Vt priſci perhibent, ſigna negantia,
Cauſſis Regna ſuis ire perennia?
Heu decurre, genas & lacrymis riga,
Culpas Parthenope cordis & expia, &
Quos cæli retinent Indigetes voca,
Te flagris lacera, nè ſceleris comes
Multi poena frequens horrida comprimat;
Aeuo in mente gerit perpetuo Deus
Aerumnas reici ſupplice dextera
*D*iuorum, ſegetes imbribus obruit
Eliæ prece, dum Moſis erant volæ
Sublimes, Populo Rex pius impio
Indignata Deus fulmina contudit.



Digitized by Google

# In Virginem Aſſumptam.

## ODE IIII.

*Sertum Virginis.*

VIrgo diuinis rapitur choreis
Sub Dei ſummi ſolium colenda
Mater in cunctis habitura Regnis
Diua coronam,
Crinibus fulget roſeis vt Eos,
Lambitur Luna radiante limbum,
Solis ambitur redimita puri
Veſte coruſca,
Sideris ſertum capiti micantis
Nectitur nulli ſimile, aut ſecundum,
Laurea cæli phyliris verenda
Carius omni,
Gyrus haud orbem rapiebat almam
Cum ſator rerum innumera parentem
Stirpe delegit ſtudio perenni
Cuncta relinquens,
Nec venenata voluit ſagitta,
Integram tangi, niueamquè labis,
Quam trahit proles genitoris icto
Semine primi,

Lamná ceu feruet celeri ſub igne
Fit Deo candens placitura ſemper,
Et tenax nunquam trepidare viſa
Auxit amorem,
Ora deuexis borea remugit
Alpibus, nunquam atquè Aquilo cacumen
Demouet, ſic ſe temerare nulla
Iura pudendi
Ditis audebant, neque de reatus
Matre debebat potuiſſe naſci
Incapax labis genitus paterna
Mente perenni,
Vt vitrum texit radius coruſci
Solis intactum, gremio puellus
Exit à clauſo ſolidæ beando
Clauſtra parentis:
O' Dei iuſſis operata mater
Paſſa cum Chriſto populi ſalutem,
Morte venalem, pariente, votis
Annue ſecli.
Læta præ cunctis rediuiuus vrna
Venit vt clauſa facilis videri
Natus, & Petro neque ſic reluxit
Vertice montis.
Iam iacent imi pede ſub potenti
Iuppiter fauſta, & Venus aſtra vitæ,
Mars adurens & grauibus timendum
Sedibus omen,

Quæ

Quæ Deus nutu ſtabilis volente
Deſtinat metæ medijs paratis:
Ceu potens cæli placidè miniſtras
Supplice dextra,
Grande biſſenis diadema ſtellis
Euehit palmas meritis fluentes,
Tu Deum Virgo generans renides
Limitis expers:
Te nouum numen poſuit colendum
Rebus in cunctis Deus, ipſa quod ſis
Præter auctorem potis inſtituta
Ferre ſalutem;
Poplite in flexo tibi blandienti
Porrigit palmas vtriuſquè vitæ
Cœtus, ò adſis mare gratiarum
Ritè vocanti.

# Ad S. Andream Apoſtolum.

## O D E V.

*Cineſacta ſemeſſis miraculum.*

MIttit ad flauæ ſegetis legendæ
Arua meſſores alacer colonus,
Aream ſterni iubet, & trahendum
Fune cylindrum,

Fal-

Falce dum prompta reſecant maniplos,
Polypos nictit veluti putrentes
Sanctior quærens dubius, quis hic eſt
Flatus ariſtæ?
Atterit ſpicas leuiter reuulſas,
Turgidis trudit ſiliquis legendo
Grana, & inclamat cinis heu Veſeui
Surpuit ater
Pinguibus culmis nitidas medullas,
Piſcium ſpicis odor vnde? quiuè
Venit heſterno calatho ſecanti
Ferre venenum?
Semen heu iactum recolo execrandum,
Ante diuini ſacra (feriandum
Nè feras) feſti tetuli patrono
Deſpicienti:
Nec Deum pauit, nec amiciores,
Semper eſt auri cupiens anhelus,
Aureum Perſæ iacerent liquorem in
Guttur hiulcum
Iuſtiùs, quàm tunc facerent auaris
Faucibus craſſi, triplici quòd iſtud
Cum nota turpi ſcelus expiandum
Vindice cælo,
Stringit ingrato gladium minando
Arbiter ſummus, malus abſtineto,
Peruias duri Pharaonis vndas
Palleat audax.

In

# In S.Ianuarium Epiſcopum, & Martyr.

## ODE VI.

*Presbyteri Neapolitani coronis redimiti Puteolis Neapolim Martyris cruorem tranſuehunt.*

SErtum Presbyteri nectite floribus
Vernis, & phyliris tempora candidi
Pompis Parthenopes cingite, ſanguinis
Viui tollite ferculum,
Lætis curua ſonis acta remugiat,
Sirenes veluti cantibus aëra
Pulſate innocuis, & fidibus nouis
Cum pignus vehitur ſacrum,
Concretus cruor, vt conſpiciet vijs
Deſecti capitis colla recondita
Aeternum exiliet martyrij decus,
Linguis nobilius loquens,
Ridete,& tenebras cedere neſcias!
Nolam cùm trahitur Præſul ad impium
Vinctus Timotheum,& cum fidei iubar
Fulget ſupplicij loco.
Sion iuſtitiæ lumen ab arcibus
Effudit, radio mentibus, vt nefas
Obſcurum excuteret,perfidus obruit
Mentem luce oculi noua,



Digitized by Google

Aegypto in colubrum lubrica deſinens
Serpſit virgà Magis, cortice, ſed nouo
Cruſtari indocilis, vertitur vnius
Natura Imperio Dei.
Feſtinis Babylon ignibus vt ſacrum
Conſumptura gregem, vertit & igneus
Vindex in cineres ritè ſatellites
Cæleſtis manus Imperi;
Sic tentata fauet flamma ſalubriùs
Paſſo, quam Zephyrus lenis anhelitum
Feruentem recreat, punit & impios,
Abſumitq; voracior,
Flecti difficilis ferre ſui grauem
Non aptus ſtomachum, ſanguine Martyris
Tellurem innocuo tingere deſtinat,
Vis non Empyrij mouet;
Dirus ſupplicio mittere Præſulem
Triſti, perpetuus quem ſopor occupat,
Aeternaq; beat lætitia Deus,
Et qui Cælo adamas micat;
Quæ alatus monuit dicite Nuncius,
Diuum præcipuum nobilis excipe
Fauſtè Parthenope maxima gentium
Fulgebis domus omnium,
O cultu quoties prima ſedilia
Congreſſum repetent, ferueat vt cruor
Compellens fidei pectora Thraciæ
Teſtis perpetuò loquens,

Eheu

Eheu ſi miſeris in vitrea riget
Iracunda domo vena, quot inſolens
Portendit mala, fer Diue potens opem
Vſto vt culmine Veſuij.

# In S. Thomam Aquinatem
## ODE VII.

*Sanctiſsimis vallatus virtutibus illecebras ab ineunte ætate ſuperauit.*

Aegæi docuit quis puer æquora
Mundani effugere, & Cycladas æſtibus
Te vitare nitentes,
Dum vix es pelagi ſciens?
Caſſini retines litora ſortiter
Qui matũ docilis pauperiem ſequi,
Quærens non niſi ſperni,
Hanc firmam iacis anchoram,
Flauas Niliaco pectine tu comas
Pexas mœcha ligas, fundis odoribus
Candens membra petulca
Flammatura potentiùs.
In portu iuuenem, bracchia tendere
Sic lymphata vales cerea, at vrere haud
Cæli rore beatum,
Perfuſa ignis aqua perit,



Digitized by Google

Spernuntur petulans fœmina, lucifer,
Quòd cæli iuuenis flamine adureris,
Quo das vela potentiùs,
Vt poſſis patria frui,
Non fidis generi nauita Regio,
Nec iactas atauos nomen inutile,
Non te copia rerum
Mitræ, haud ſpes agit, & decus:
Expleris ſophiæ fluminibus ſacræ,
Et deuoluis aquas arua rigans Dei,
Cædens ſcita chimæræ,
Dium vellus, & occupas.

# In S. Thomam Aquinatem:

## ODE VIII.

*Eſſe Doctorem Angelicum.*

Dicant Angelicæ virum
Linguæ, fidere nec barbitus æſtimet
Audax Aonidum, ſilent
Bleſi, vt Mercurius tollit honoribus,
Thomæ mens alitur pia
Naturæ intuitu ſpectra per indita,
Nouit lucida ſidera,
Quæ vitas rapiunt, Panaq; phyſicum,
Quid ſaturnus agris ferat,
Iratus Boreas arbiter Adriæ,



Digitized by Google

Quàm portum videat Tyrus
    Ictum præcipitis fluctibus Africi,
Quæ ſunt Imperio Dei
    Donata, vt patriæ limina ſoſpites
Illati indigetum Choris
    Prendamus, docuit clarus, & eminens;
Cuſtos aduolat Empyri
    Nutantem erudit, atq; erigit ex humo
Deiectum iaculo mali,
    Tu mente ex hominum decutis aureo
Obſcurum radio è Deo
    Roratę ſophiæ, permeat vt rota
Solis Zodiacum, tuo
    Sic Orbem irradias lumine Principis
Patri, maximus omnium
    Scriptor, voce ſua, cui Deus annuit;
I nunc docta Neapolis
    Mater nobilium, dona fer omnibus
Templis, depropera melos
    Ciui, funde preces, lilia Virginis
Sacris relliquijs lege,
    Et ſebethe nouo lacte fluas Patri.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In

Digitized by Google

# In S. Athanaſium Epiſc.

## ODE IX.

NVnc vt dimoueas corpus amabile
Caſſini tumulo competis acrior,
Quàm cum limitibus truſerit exulem
Sanguis Parthenope tuis,
Nam gliſcis pelagus nomen ad Indicum
Ferri, atq; Icarium, perq, Abylam, & cauos
Montes, quòd meritis tollat, & Africa
Corpus mira gerens ſacrum.
Hæres relliquijs mobilior Patris
Quàm cum culpa Ducis præſſerit impia
Bacchantis Patruum carcere Præſulem,
Et blanda obſequeris libens,
Natum ſuſcipiunt matre puerpera,
Regni quæ Procerum ſanguine Druſio
proles eſt, recolis, vota Patris pia
Viſuri Angelicum decus;
É Cælo genitor Sergius aſpicit
Iactatum vt columen, quòd premit Arium
Nomen, quod teneat, geſtaq; compleat
Græci Præſulis, & fugam,
Eiectum patrijs finibus inſulæ
Non terrent nemoris limina paruuli,
Non vincire valet miles, & obſidens,
Picentinus amat patrem;

Nam

Nam Dux incolumem; ex Vrbe Quiritium
Paſtor iam rediens conſuluit gregi,
Sciſsus nè pereat de fidei ſinu,
Et cælum in Verula petit;
Vecto turba ruunt obuia corpori,
Currit, qui hoſpitij compos erat ſui
Lætus cum precibus, cæcigenis micant
Spectantes oculi diem;
Aequis claudus iter greſſibus arripit,
Paſtoris lituo decidit, & ſalus,
Lampas non alitur, ſpontè ſed emicat
Paſtoris iubar indicans.

*Subnectitur vitæ aliquot Sanctorum rudis, & trunca delineatio veluti commentarius odarum facilis rudioribus efflagitantibus; conniuebunt docti, quibus hæc carmina eduntur, quippè qui huiuſmodi* ἀναγραφῆς *non indigi, & quibus nè quidem thema in fronte ſcriptum neceſſarium.*

*Athanaſius Sergio Duce Parthenopes Sancti Athanaſii Epiſcopi Alexandriæ, precibus de cælo datur, à Sergio Nepote deterrimo, pias obiurgationes ægreferente diuexatur, plurimis ærumnis iactatus veluti alter Athanaſius, tandem Caſſini tumulatur, miraculis fulgẽs à Neapolitanis ſumma veneratione repetitur.*

In

Digitized by Google

# In S. Aſpremum Epiſcop.

## ODE X.

ASpreme diuo numine peruium
Luſtrante callem greſſibus innocens
Natura monſtrat iura, faſq;
Primus in Italia micantis
Petro edocente, vt tu fidei iubar
Aeuo ſenili ſuſcipias, doli &
Excuſſa Ditis vela ſacro
Sub pede Parthenope terente;
Aſſurge totis viribus integer
Plumas relinquens, quas premit anxia
Morbi tenacis vis, in Ara
Numen & intrepidus adora:
Cultu recludit quod teres hoſtia,
Et dedicatus lumina ſuſcipe
Cuſtos eous primus orbis
Perpetui domino Quirino,
Largus Deorum cultor, vt hactenus
Laruas in vndas ſic Aquilonibus
Portare tritas trade, diræ
Sorbeat vt rabies Charybdis;
Conſultus addis Dux ſapientiæ
Cæleſte robur corporibus leuans
Morbos recentem Præſul Vrbem
Petrus vt Imperium, guberna.

Aſpre-

Digitized by Google

*Aſpremus Petro Apoſtolorum Principe iubente à Sancta Candida accerſitur, à tædio diutini morbi repentè ſurgens incolumis baptizatur, primus in Italia Neapolis Præſul inſtituitur, & poſt plurima miracula migrat in cælum.*

# In S. Seuerum Epiſcopum.

## ODE XI.

AMbi Vrbs Seuerum, quæ docilis Deo es
Viſura in antris mira ſacris frequens
Fortuna ſternit ſi columnam
Culmine diffugiunt amici
Verſo vt doloſi, ferre iugum inſcium,
Et vulgus infidum vt negat anxiè
Nexus amicos, cum rotantes
Ima tenent miſera ruina;
Reddat ſepultæ ſanguis imagini
Viuos colores, membraq; ſpiritus
Præſens ad auras vt reducat
Solicita prece dàt Seuerus.
Iniurioſa voce fidelior
Et peieranti teſtis adeſt humo
Surgens, & oui merce lotum
Comprobat, haud aliud petendum,

D Con-

Contaminatos vita ſuperſtitis
Mores virorum deſpice Perſici,
Et ſi repoſcunt apparatus,
Diffuge, nè videas Pelaſgos,
Sedes olympi ſuſpice, funere
Procumbe lætus, vera fides colat,
Quas ordinauit Præſul ædes,
Sintq; animæ nitidæ lauacris
Lymphæ beatis, & populi frequens
Examen alta ſurgere ſpe potens
Aeſtus amoris vibret almi,
Proruat, vt tripodas doloſos.

*Seueri precibus rediuiuus cliens teſtatur, ouum tantùm pro lauacro deberi balneatori talentum à ſuperſtite vxore depoſcenti, expectante populo arcanum iudicium. Sanctus Seuerus Sanctiſſimos Ianuariũ, & Agrippinum Epiſcopos apparentes veneratus, quorum ſanctitatem erat egregiè imitatus cælum petit Damaſo Pontifice.*

## In S. Agrippinum Epiſcop.
### ODE XII.

NOn ſic laborat per mare Caſpium
Mercator vdo territus Africo, &
Iactatus antennis reuulſis,
Dum venit Armenias in oras,

Cui

Cui nulla firmans anchora ſpem dedit,
Nec robur addit remigij fidem, &
Durare poſſunt nec carinæ
Aequoris imperium furentis:
Vt ferre ventos gurgite ſpumeo
Mundi docebat promptus anhelitu
Sirenis Agrippinus ire
Per ſcopulos fugiens Charybdim
Scyllamq; tutus, nec rabies fera
Deterret orci, nec mare naufragum, aut
Agmen dolorum, ſiue iactat,
Perpetuus comitatur omnes
Natos recenter ſudor, & arduos
Fortis labores impetit, vt Pater
Lætus beatam, quo ſalutem
Cumq; modo pariat clienti,
O quam regentis geſta Neapolim
Vrſere ad agni vellera olympij,
Non dæmonis pauit chimæram, &
Culmina Cyaneaſq; cautes.

*Agrippinus indefeſſus piè agendo ad patiendum, ad benè, beatèq; viuendum homines naſci voce, & exemplo promit, admirabili fortitudine quicquid ſaluti obijcitur exantlat, ante, & poſt glorioſum exceſſum plurima miracula edit.*

# In S. Agnellum Abbatem.

## ODE XIII.

NOn apparatus Icariotidis
Agnelle quæris fornice ſubrudi
Stramenta componens, humiq;
Te modica requie relaxans,
Non deſtinati lætitiæ ſcyphi
Gauri falernum dant tibi, nec dapes
Lucullus expromit lupinis
Arcibus, & reparat potenti
De ſtirpe nato ſæpè,ſed intyba
Ad carpta pellit lenta fames ſenem,
Siccum iecur riuos reſumit
Heſperias repetente ſole;
Garganus oris geſtijt Appulis
Vita ſeueri militis, at Deus
Veſtigium vertas retrorſum
Imperat,atq; iterare curſus
Vrbis relictos, præſidium vndique
Præſens ſalutis te vocat accola
Vexilla pandentem triumphi, &
Vandaliæ metuunt tyranni,
Sunt indecoris membra recentia
Pennis abactis , lotaq; noxia,
Percuſſor orat te verendum
Mæſtior, & colaphum retundit.

Inſi-

Digitized by Google

Inſigne rebus præſidium tuis
Periculoſis, nunc tuba Ciuium
Perſtringit aures dextra ſigno
Sternit equos, equitumq; vires,
Aedes egenis cura ſalubrior,
Aut ordinarit res vbi publicas,
Prætoria naui magiſtrum
Te petet è libyca repulſus
Tellure cunctis Paſtor amabilis;
Morem vt regentis ſuſtineant viri
Vltoris haud triſtis flagelli
Verbera, quos retinet ſub arctis
Vitæ ſeueræ cura repagulis:
O' pure turpis labis, & integer,
Quem Diua cæli dat petenti
Obſequio genitricis orbæ;
Hauri laborum præmia fortium
Agni à potentis numine maximo, &
Vrbi Patronus ſer beatus
Fortior auxilium perenne.

*Agnellus Neapoli Procerum ſtirpe gignitur, ſanctitate præclarus, obiurgat gallinarum furem, cuius pugno ictus dentem genuinum amittit, precibus pilos naturales reſtituit axillis poſterorum percuſſoris aſperitate plumarum gallinacea reiecta. Patriam vexillo viuus, & ab exceſſu ab hoſticis incurſionibus tutatur, à Gargano monte aſperri-*

*ma*

*ma vita fractus à Deo Neapolim reuocatur, vbi receptis Sanctis Gaudioſo, & Quoduultdeo, atq; alijs Sacerdotibus ab Africa ob Vandalorum deuaſtationem eò confugientibus Abbas ſanctiſſimè vixit, & anno quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto obdormiuit in Domino innumeris penè miraculis glorioſus.*

# In S. Franciſcum à Paula.

## ODE XIV.

NOn membra ſiſtit conſona balſamum,
Aut vncta ſuaui malobathro ſyrum,
Aut flore culta horti, vel arui
In feretro redolent odorem,
Pręgeſtientis viſcere Galliæ
Gens corpus almum, Paula Calabriæ
Mortale quod produxit, omne
Suſpicit imperijs olympi
Geſtum ſub ortum, vt comprobat exitus
Natalis horæ matre puerpera,
Lumen domum ceu ſidus ambit
Sole nouo irradiante terram,
Quos vrna functos irreuocabiles
Condit vocanti reddidit, & ſtupens
Natura clamat nil pauendum,
Putre nihil Calabro precante,

Car-

Digitized by Google

Carbonis æſtus continuit vola,
Nec bulla ſuetis intumuit malis.
Fornacis, & flammæ tepeſcunt,
Dum premit impauidus furorem,
Turrita nauis per mare creticum
Non ſic oberrat turgida carbaſis,
Vt ſtrata veſtis linter imus,
Siciliæ freta cum ſecaret.
Sed vile robur feruidus æſtimat,
Nec fidit auſis arbiter, in Deum
Miranda iactat, celſa ſpernens
Luciferi rapidè cadentis;
Terno die vix eſurit innocens
Iam mente raptus, nec ſibi Veſpero
Surgente decedunt labores,
Occiduum, aut repetente ſolem;
Quaſſante ſumant vt ſiliqua cibum
Aeternum adauctis relligio iubet
Votis, rapletis nec culullis
Cæcuba, vile cibo proteruum
Caluinum abegit, qui caput exerens
Cryptis Auerni parcere pertinax
Eſcis voracem ventrem adorat
Promptior in Venerem ruendo;
Tollant Poetæ prælia fortium,
Motum, & retuſa cuſpide ciuium,
Cantent, vel Auguſti trophæa
Cæſaris Imperio ſilente,

Diuina

Diuina dico geſta ſodalium
Chriſti;liquores Melpomene ſuos
Fundit palatis arte amaris,
Qua tenuere viri ſalutem.

*Frãciſcus Paulæ in Calabria naſcitur precibus Sãcti Franciſci ab Aſſiſio impetratus, ad ſui admirabilem ſanctitatem omnium oculos, animoſq; trahit; Religionem minimorum inſtituit, eamq; arctioris opſonij voto aſtringit,cuius ſanctitas multis miraculis comprobatur,quæ omnia cùm notiſſima ſint alibi fuſiùs legenda.*

# In S.Patriciam Virginem.

## ODE XV.

CVlmen Patriciæ mens pauet Imperi
Regnum, & pura petit corde perennius
Ditis mille furunt agmina Virginum ex
Pugnatura valentiùs
Sudor quantus erit, quotq, pericula
Ventis ſuſcipies per freta concita,
Nec vitare potes te celeres ſequi
Naues inſilijt caput,
Lemnum ſi aſpicies, per mare Thraciæ
Spumanteſq; maris Cycladas æſtibus,
Fluctus per varios incolumis vagans
Ne quicquam effugies dolum

Ponti,

Ponti, nec Phrygia claſſe potentior
Hæc nauis fuerit, cum oceanum pater
Aeneas ſecuit, non fragilem vehet
Tutò Virgineum gregem,
Abreptumque Noto, mox Aquilonibus
Vortex ante oculos æquore feruido
Demerget rapidè, tu imperij decus
Phocæ præda feræ ruis:
Anguſtam impatiens pauperiem negat
Maieſtas, Elephas arcta cubilia
Damę non penetrat, nec caueam leo,
Ambit quæque locus maior,
Qua ſolis radius prata coloribus
Veſtit, fama vehit te celebrem loquax,
Claratam meritis fame ſuperbiam
Cunctis tu ſpecioſior,
Ne ſis alter ait; propoſiti tenax,
Orbis ſceptra regens en Patruus legit
Prudens perpetui fœdera connubi
Formoſi iuuenis, grauis
Summis Imperij muneribus, ſciens
Et conſulta nimis tu ſapientiæ
Magnam conſilio, te leue deuoca.
Et multis alij dolis
Subducunt. quatit haud praua iubentium
Coniurata cohors Patriciæ caput,
Nec ſi fracta cadant ſidera Virginis
Virtutem ſolidam ruunt,

Duris & clypeis firma prioribus,
Deuintumquè Deo virgineum decus
Cæli nixa fide perpetuò poteſt
Orci tela refringere,
Noctu cum ſocijs deproperat rates,
Trudunt remigium dum freta Boſphori
Signo Virgo Crucis temperat Aeoli
Vexantes furias mare,
Inflarunt animæ carbaſa Thraciæ,
Velox nauis abit, tramite perbreui
Prendit Parthenopes litora, & ædibus
Sacris ſarcophagum notat.
Vt ferrum vnguis arat marmor, & aſpicit
Mirum turba frequens abdita ſuccini
Ceu vis dum reuehet lumina mentium &
Diues pauperie micat
Dum diffundit opes muneribus pijs;
Cum ſacranda Deo eſt arce Quiritium
Diæ ſponte patet ianua Virgini,
Cui ſponſus ruit obuius,
Abſceſſura ſacri limina Principis
Lambit, procubuit, lintea nauium
Commiſit Zephyro, mox tenuit cita
Arcti litora Boſphori,
Et quas clauſit opes turris ahenæis
Portis diſtribuit, & quibus Vrbium
Muros Rex Macedo ſubruit, aureas
Gazas, & decus abditum;

Iuuit pauperiem cura pecuniæ
    Quæſiuitquè inopes, nec ſibi prodigæ
    Importuna nocet ſæua neceſſitas
        Expletæ inter opes Dei,
Sceptris imperij diffugit, æquoris
    Et curſus iterans arcè Neapolis
    Luculli rapida febre perimitur,
        Inſeruitquè Choris Dei;
In cælo recipit præmia fortium
    Virtutum, ad tumuli ſigna recognita
    Vaccas ſtare iubet ponere conſcias
        Corpus virgineum loco.

*Patricia Conſtantini magni Imperatoris Neptis deſtinata connubio à Conſtante Patruo mauult Chriſto Domino famulari cælebs, nauem conſcendit noctu Virginibus ſtipata, pontum æſtu feruentem atq; procellis iactatum ſigno Crucis tranquillat, à Liberio ſummo Pontifice Romæ velatur; Conſtantinopolim reuerſa, theſauros, & gazas opulētiſſimè abditas egenis profusè largitur; viſura Sanctiſſimi Domini ſepulcrum vi tempeſtatis iterum Neapolim nauem appellit, vbi ad ſponſum migrat; conſulentibus aſſeclis ſuperſtitibus vbi tumularetur ſanctum corpus, duæ vaccæ impoſitum ſine duce ad locum à ſancta Virgine prænunciatum tranſuehunt, cuius dens vi erutus in ſepulchra ſanguinem recentem vbertim fundit, qui ad hæc vſq; tempora liquens rubet.*

# In Sanctum Euphebium, ſiue Ephrimum Epiſcop.

## ODE XVI.

EFfugit ciues, ſtrepitumq; pulchræ
Ephrimus purus Patriæ ſacerdos,
Incolit rupis penetrale, vitæ
Integer vt ſit,
Fama ſed veræ bonitatis afflans
Attrahit cryptis humilis remotos,
Confluunt cuncti, refugit ſequentes,
Quò mage mundum,
Neſcium pompæ viduæ tiaræ
Aduocant templo, populus precatur,
Et Dei nutu lituum recepit
Parthenopæum.

# In S. Philippum Nerium.

## ODE XVII.

O Sacerdotum ſpecimen vetuſtum
Integræ inſtaurans humilſq; vitæ,
Qui ſtudet priſcos catus æmulari
Te petit almum,

Arua

Digitized by Google

Arua quæ florum rigat Arnus, acer
Linquis, & puber tremefactus œſtro
Fœminæ pellis petulantis auſum
Pellicis Heros,
Poſſe nil à te iaciens ſecundo
Numini robur peperit triumphum,
Flamma quæ paſſim furit in petulcis
Dura reſultat,
Vreris cæli facibus, nec vlli
Temperant æſtum latices, geluq;
Turgidas trudunt alimenta flammæ
Pectore coſtas:
Suſcipit mores oculus ſupremi
Principis miros, imitanda coram &
Geſta bis ſenis meditata luſtris
Comprobat vſq;
Scrinia inuerti venuiſſe gaudes
Plena deuoti, ſpecieq; recti
Decipi nunquam ſatiata nummo
Clauſtra probaſſe

# In B. Iacobum Picenum

## ODE XVIII.

IAm loqui præcox vtero puellus,
Induis raros habitus alumnus,

Et

Digitized by Google

Et vices magni retines parentis
Feruidus arctas,
Cum fames ferò ſtimulat rigentem,
Fruſtra dant peræ, & paruulum caniſtrum
Dulce mollita ſiliqua legumen
Fercula promit,
Terra Piceno, ſtipula iuè ſtratum,
Qui ſtylis artus lacerat caducos
Ferreis, vibex inimica turpat
Membra catenis,
Spina nè germmet, niueam nefaſti
Diligens cuſtos animam vagantem
Contrahit noctu vigilis, diuquè,
Floridus vt ſit,
Erudit cunctos, Italos, Sueuos,
Mira deuoluit fidei rebelli,
Angelo cæli velut apparantur
Pulpita templis;
Cogit & veram retinere legem
Doctus Hebræos puerum peremptum
Excitans, quem iam dederat ſepultum
Trulla camino;
Regibus carus dubijs, futuri
Præſciens, Regnis pater vt verendus
Viuus & cunctis populis petitus,
Cæſaribusquè;
Vrna cæleſtem capiens odorem
Per vitrum fundit medium, nec vllum

Gra-

Gratius condit feretrum repoſitum
Parthenopæo,
Hic ſenem æternus ſopor occupauit,
Te colit ſummo pietas amore,
Gratiæ votis refluant perennes
Vrbe venuſta.

# In Beatum Andream Auellinum Cler. Regularem.

## ODE XVIIII.

NAtura imperijs cedere neſcia
Humanis facilem ſe dedit, vt pijs
Promuſcum manibus verteret infulam
Cæli comis amicior,
Mittuntur iuueni tela Cupidinis,
Atquè ictum triplicem iacta petulciùs
Incaſſum pariunt, nam fugit vt puer
Aegypto ſcelus impium,
Ter Dæmon rabie percitus impulit
Turpantem gladium in naribus, & genis
Tam vultus hilares cum regeret ſacer
Cuſtos virgineum Chorum
Sed mirum! facies pulchrior enitet,
Nulli fila notant turpia vulnerum.

Sed

Digitized by Google

Sed futura triplex dat decus eminens
Terræ,& meritum polo,
Alti quis calamus principij ſciens
Et finem,& medium ſcripſerit? ò pia
Bis ſenis oculos Parthenope tuos
Luſtris conijcis, & probas;
Bimatus puerum ſuſcitat à putre
Matris ſarcophago mira gerit, leuat
Languentes macie cæcigenæ nouos
Læti conſpiciunt dies;
Sacri vos igitur qui nitidi Deum
Heroes colitis, priſca quibus data eſt
Vitæ norma piè geſta feraciùs
Præcones date pulpitis.

# In S. Franciſcum ab Aſsiſio.

## ODE XX.

*Chriſti ſemita in Beato Franciſco viſuntur.*

FRanciſce pauper, fortis & hoſtium
Terror, recenti robore quæ ruit
Firmanda Atlantæo giganti
Sancta tibi Laterana moles,
Mercede lapſum corporea Deus
Orbis redemit, ſed quibus ardua
Ve-

Veſtigijs cæli petuntur
Edocuit patiens flagelli,
Culpis nefaſtis Orbis adulteri
Calcanda ſanctis occulitur via,
Humana mens ad nigra tendit
Tænara præcipiti ruina:
Exempla vitæ quilibet immemor
Chriſti regentis cuncta polo, fugit,
Cudi recentem, & te videri
Summa Dei dedit officina:
Inſigne corpus ſtigmate perforat
Seruator Orbis, format & alterum
Ligno refixum, quò ſceleſti
Vulnera commemorent ſalutis:
Seni ſecuntur bis ſocij patrem, &
Gentem docent, & ſemita quæ fuit
Veſtigijs formata Chriſti,
Regna Dei pariens habetur:
Calo, & cuculli, atq; agmina Virginum
Clauſis capillos tonſa repagulis
Seruantur, iſtæ flore caſto, &
Ritè patres tenebras ruendo:
Regina, Reges, culmina & Imperi,
Te plebs fidelis cordibus inſerit,
Dirus precatur Thrax alumnos
Barbarus, & recipit verendos,
Conformis ergo dum capiti micas,
Mentes palude hac erige deprecans,

Vt fumibus cincti beentur
Non ſecus atque habitum gerentes.

# In S. Ignatium Patriar. Ieſuit.

## ODE XXI.

DVx bone Ignati meditata profer
Mentis immenſæ, tibi Vaticanus
Comis amplexus iterabit, atque
Oſcula Princeps,
Mitis è cælo fauor apparatur
Arduis Romæ placiture rebus,
Fortis appare, & ſapienter alta
Vtere ſorte,
Incipe in magnis operoſus auſis,
Te Dei oxoptat digitum recentem
Anxius curis habiturus Orbis
Grande leuamen,
Pande vexillum, cuneoſque ſacros
Coge, & Heroas ſocia potentes
Ditis inſanum populantis Orbem
Sternere turmas:
Mitte Franciſcum columen Quirini,
Qui ſtruat campis acies eois,
Calcet Idola, innumeros lauacro
Expiet almo,



Digitized by Google

Monſtra profligent, fidei rebelles
 Edoment cunctos, rudibus beatum
 Inſerant cultum; ſophiæ dicata
  Pulpita ditent:

Nil Duces veri lateat parentes
 Dogmatum, & ſcitum à Salomone toti
 Prodigant orbi faciles docere
  Cuncta magiſtri;

Optimum vt tundit violentus aurum
 Malleus, flamma, & probat officinæ
 Defrutans purum ſcorijs, amica &
  Exit imago,

Sic viros cudat labor, & pauendus
 Cenſor æternum nitidos moretur,
 Sic equo forti generatur æquè
  Fortis & alter.

# In S. Michaelem Archangelum Beneu. & Prou. Patr.

## ODE XXII.

*Eſſe cuſtodem Eccleſiæ totius vt olim Synagogæ, precatur perpetuum præſidium erga Prouinciam, ſeque illi commendat.*

Princeps ſpirituum tela rebellium
Coniurata potens ritè refringere,
Et qui ſede *Ducem*, & calce ſuperbiam
Debellans abigis feram;
Nunc me Muſa iuuat dulcis ab angulo
Spectantem proprio ſacra cacumina
Gargani, fidibus quæ ſocio nouis,
Cælo deprecor inſeras,
Quis dignè rapidum ſcripſerit alitem,
Qui cæli ſpatium tempore permeas
Quo tecumque rapis cum breue, & Aegide
Ciues protegis obuia?
Non Martis tunicæ ſpes adamantinæ
Confirmat ſtabiles, & Sepinatias,
Samnitumque acies, Parthenopes phalanx
Pugnæ cum inſilijt ſciens;
Sed portare potens viſcera Veſuij
Montes, & ſcopulos tu Michael ferox
Fauo fulminibus ſternere ab Appulo
Campani cuneí Duces,
Tutaris populos ſanguinis vnius;
Non ſic tuta manens ſamnia mœnibus
Obſtaret iaculis fortis, & æſta,
Sicut te Duce maximo,
Nam ferrata tuis ſpicula conteris
Armis, quæ ſuperum temperat abdita
Virtus, cuncta Deus qua ſtabilis mouet,
Terræ, & diluuiem, nefas



Digitized by Google

Orbem cum maculat, ſic citus impetu
   Vaſto ſternis humum ſanguine, particeps
   Iræ, & Iuſtitiæ qua Deus impijs
      Tergit crimina ſeculi,
Qua lumen fidei demouet impias
   Cultorum tenebras ſignifer aduolas,
   Sic ſenſere ſacræ te ſolymæ Ducem
      Cuſtodem egregium decus;
Samnitum populos, Regnaque Dauniæ
   Tangat nulla lues, non quatiat furens
   Ventus viſceribus conditus in cauis,
      Vrbes non rapiat vorax
Diſceſſus miſeras, nec ſegetes Notus
   Comburat, calido aut Africus impetu,
   Nullam diripiat Thrax ferus Vrbium
      Per tractus maris Appuli,
Qui librans animas arbiter ad Deum
   Fers de lance leui, qui litui ſono
   Auritos cineres iuſſibus Imperi
      Diuini facies, dies
Cum ſolem occiduum haud aſpicient ſenes,
   Monſtrum confodies Orbis adulterum
   Sponſæ afferre Dei deuia, peruicax;
      Ibit Luciferi comes,
Euexere chorus Pindaricum melos,
   Et Flaccum celebris gloria Principem,
   Heu vates ſtygiæ nunc retinent aquæ,
      Et ſedes Erebi feræ;

Sic

Digitized by Google

Sic mutare Deus culminibus loca
Summis ima ſolet, me tenet infimum
Vatem craſſa palus, erige, & inferes
Cygnis ætheriæ domus.

# In S. Ianuarium Epiſcopum, & Martyrem.

## ODE XXIII.

*Mater Beneuenti exiſtens animam filij exectâ ceruice veluti volucrem vidit in cælum volantem, commendatur celebre martyrium.*

ALitem vinclis velut expeditum
Suſpicit cælo genitrix volantem,
Præſulem longè ſimul interemit
Sæua ſecuris,
Te virum cœtus domus in ſupremæ
Excipit ſedes, caput & coronis
Implicat lætis adamantis, atquè
Luce pyropi,
Concinunt laudes domito tyranno,
Quem furor Ditis trepidauit atris
Faucibus dirus ſceleris perennes
Pendere pœnas:

Dul-

Dulce lenimen fuit ſucta fumans
Faſcibus fornax nimium reuectis,
Quæ Dei nutu furiata fumum
Vertit in auram,
Fracta decedit rota diſſolutis
Iam tibi neruis, neque tū capillo
Diſſides lege, & clypeo fideli
Praua retundis;
Mira Phlegræi populus theatri
Vidit Herois merito potentis,
Præſul aut ſtares, madefacta ſacro
Saxa cruore
Lubrica aut eſſent: tunicas ocellis
Iudici fuſa prece reddidiſti,
Gratiæ flecti tamen vt proteruus
Tænara viſit;
Victa deuoto datur expetenti
Membra poſt trunci ſacra funerata;
Labium preſſit digito ſatelles,
Qui modò riſit:
Vrbs noua in terris rapiet ſepultum
Cantabrum Regum decus, & columna;
Maurus vt viuum recinant cruorem
Dacus, & Indus;



Digitized by Google

# In ſanctum Bartholomeum Apoſtolum.

## ODE XXIIII.

NObilis Regum Syrię propago
Indiæ vt triſtes Erebi chelydros
Diſijcis, ſic ſol tenebras coruſca
Luce repellit;
Oſſa non viuum viduata pelle
Diſtinent, fuſus cruor, aut ſecuris
Quò minus trudas inſidias doloſq;
Orbe furenti;
Sceptra Regnorum Polymi ſalutem
Trade germano minus audienti,
Conferet cælum diadema æternum
Regna perennans.
Demoue Corpus corio reſectum,
Et cutem fidus ſocia colendam,
Non vbi expellent Arabes reſumet
Pontus eous;
Siue Maurorum Liparam cruentet
Impetus cæcus, iaciatquè rurſns
Aridas inter variante fractas
Litore coſtas;
Vt roſas hortis ebore & pyropo

Tem-

Digitized by Google

Temperat miſtus color, & coruſcus
Lacte ſic puro cruor apparabit
Fruſtra decenter,
Mente Sicardus pius in rotunda
Mole miranda poſuiſſe corpus
Geſtiet, templum neq; per ſicambrum
Corruet ingens;
Iura ſacrorum temerabit audax
Imperi cuſtos; manibus peremptum
Regna Manfredi cupientis ima
Villa recondet.

*Bartholomæus Apoſtolus Regis Siriorum Nepos, in India Idola Aſtaroth, & Berith profligat Polymium Regem ad fidem conuertit Aſtiage fratre id indignè ferente, qui deterrimus ab Idolorum Sacerdotibus in rabiem actus Bartholomæum viuum deglubi iubet 9. Kal. Septembris, qui cruentatus pelle detracta venis ſanguine ſcatentibus Dominum Ieſum conſtanti animi fortitudine prædicat, poſtera die caput præciditur, vndè diei feſti cultus biduus; Pagani non ferunt ad corpus venerandum maximam frequentiam confluere, exhumatũ loculo plumbeo includunt, et in altum iactant, quòd diuino nutu ſupernatans ad Inſulam Liparam appellitur, ibi multo tempore quieſcit, Anno Domini 331. Saraceni Siciliam inuadunt, liparam vaſtant, & diripiunt, & oſſa Apoſtoli diſiciunt. Monachus quidam de cœlo moni-*

*tius oſſa colligit inter profana fragmenta indicio lucis igneæ, & Beneuentum ea transfert, quæ Romam poſtea tranſlata dicuntur.*

# In S. Mercurium Martyrem
## ODE XXV.

PLauſtris vehi iam deſine, ne ſagum
Cura renidens, nec per inhoſpita
Inglorius belli recurras
Teſqua modis Agathyrſe pulcher,
Fines fatigant caſtra rebellium
Orbis Quirini, linque cacumina
Tauri, & per hoſtes fulmen ardens
Sterne Duces, equitumq; turmas
Mucro volanti fertur ab Angelo,
Haſtæ peritus natus oileo
Non æquat arma, aut alter Aiax
Ante ſuam furias macheram;
Non fabuloſis cuſpide proteris
Cuſa officinis, fulmina ceu Iouis
Iræ minantis damna terræ
Ignea cum Steropes miniſtrat,
Vis non repugnans motibus impetus
Cæleſtis effert ſpiculum in agmina,
Formidoloſos cum terebras
Fortior in cuneos ruendo.

Imma-

Immanis orto prælia iam Deo
Romana Princeps inſtruit, vt ſacrum
Nomen ſub atra nocte lethes
Mergat, & impauidus ſuperbit;
Cælum quid altum ſtultitia petit
Et talitris infringere aheneum?
Nunc vade victurus relictis
Et chlamyde, & petaſo colenti:
Romæ furor non ante domabilis
Armis: inermi martyrio cadet
Non luridi fumi rotantes,
Flamma nec intrepido nocebit,
Te non acuto ſubula cum ferit
Mucrone fortem concutiet Ducem,
Ceruice ſecta non ſilebit
Gloria Cappadocum triumphum.

*Mercurius ſcytha miles ab Angelo donatur pilo; quo Barbaros Romanum infeſtantes Imperium proſternit, victoria parta Romæ à Decio Imperatore ad ſacrificandum Idolis vrgetur, renuens acerbiſſimis torquetur cruciatibus, tandem Ceſareæ Cappadociæ martyrij palma decoratur.*

# In S. Barbatum Epiſcopum.

## ODE XXVI.

VOta quæ Vates coluere Bardi
Arboris Præſul remoue, & ſecuri

Cæde radices, coriumq; equorum
Prorue curſu,
Impio fruſtum comedentis ore
Decidat, vero vt capiant dicati
Cultui callem populi ſalutis
Lumina docti,
Virgo ſyncera vt venerata cælo
Mœnibus fulgens redimit coactas
Ciuium turmas, ſtabileſq; firmat
Vrbe timentes;
Aureæ en fingit dubias imago
Viperæ voces, prece ſic colubri
Aera diffingens ſimulantis artes
Excute Ditis;
Trade crudelis furijs Megeræ
Dira ſpernentem ſimulacra frangi,
Vota conſenſu Ducis approbante
Coniugis almæ.

*Imperante Romualdo Longobardorum Rege anno 666. ea gens Beneuenti ſimulacrum Viperam appellatum colunt S. Barbatus Epiſcopus à nefario Idolo confracto Dæmonem fugat, arbor, quæ votum dicebatur, magna ſuperſtitione culta radicitùs præciditur, corium enim appenſum in ea equorum curſu auerſi equites incedentes manibus diſcerpebant, & fruſta comedebant. Beneuentum Conſtantis Imperatoris obſidione ſtringitur, vt ne pedes quidem extra portas efferre Ciues poſſent,*

Digitized by Google

*poſſent, precãte B. Barbato, Virgo Dei genitrix in mœnibus apparet, & pollicetur fore ſoſpites, cuius ſpe firmi fidem ſuſcipiunt. Miles perditiſſimus orante B. Barbato Satanæ traditur, & eius poſteritas poſtea ad longum tempus immundi ſpiritus arreptitur torquetur, obiurgarat enim Theodoradam Principis vxorem, quòd ſimulacrum impiè cultum B. Barbato diffigendum tradidiſſet.*

# In S. Andream Apoſtolum.

## ODE XXVII.

*S. Andreæ martyrium; Aegeam Proconſulem de cælo tactum corruiſſe.*

DIuum vos populi dicite Thraciæ,
Europæq; ſcythes dic iubar inclytum
Affulgens fidei, & ſamnia fortibus
Tydidæ manibus ſita,
Dum gens Græca virum trudere ſoſpitem
Vinclis auſa tua eſt, nè radijs nouis
Aegeas tenebras ponere pertinax
Patraret ſcelus impium,
Non ſic membra iuuat culcitra, cùm leo
Veſanus ferit, & cum Procyon viros,
Qui ſpicas reſecant, occupat vt quies
Crudeli in trabe Gnoſſia;

Pen-

Digitized by Google

Pendentem liquida voce fidelium
Mulcentemq; ſenem corda tuentium;
Qui cæli radijs ſtella micantibus
Vrit pectora Ciuium,
Iam ſpectant animæ robora ſideris
Frangentis tenebras Iudicis impij:
Quem ſternit iaculans fulmen, & aduolat,
Aeternumq; petit diem.

# In S. Hieronymum Presbyterum Eccleſiæ Doctorem maximum.

## ODE XXVIII.

*Sancti Hieronymi labores aliquot.*

MOre non ductus pecudum ſilenti
Vir ſtudet famæ, catus vt peræquo
Fonte geſtorum cadat, & decora
Laude perennet,
Nomen extendit meditans honoris,
Qua liquor latè refluens ab Afris
Scindit Europen, tumiduſq; Nilus,
Qua rigat arua,

Vt

Vt virum imbellem renuunt pericla!
Roma bellantis reſerata Iani
Oſtia indicens, viduam cruore
Non tulit eſſe,
Ceu leo impaſtus trahit vngue ſeptis
(Quem fames cogit ſtimulans anhelũ)
Mandit, & mutum pecus infremendo
Ore cruento,
Sic domat Gallum, indomitos ſicambros
Cæſar, & gentes, capit ille Iberos,
Frenat hic Thracas, tulit hic triumphans
Sceptra Canopi,
Et Plato puppi vada flexa Thebis
Nil pauens pontum, & ſecuit profundum, &
Mira deuoluit cumulatus Orbi
Flumina rerum;
Et quid anguſtis animum recludi
Dalmata inclamat ſpatijs beatus?
Et caſam teſquis ſtruit, & recruſtat
Membra labore,
Vicit hic Heros Acheronta, fregit
Corporis rixas ſtrophio capillis
Horridis texto, pede ſub ſacrato
Stemmata triuit;
Nudus, & thorax patuit ſub ictu
Efferi duro lapidis, flagello
Sæpè compreſſit rabiem procacem
Renibus vſtis,

Im-

Digitized by Google

Improbo rupit ſtudium labore,
Vt Dei iuſſum relegens, quod Orbi
Miſit, arcanum penetraret omne
Li ngua quod abdit,
Qui bouis terras pede comprimentis
Sicut antiquo per amœna legum
Arua, nec turbat palear ſenile
Firmior audet
Fidus interpres, grauis obſoletas
Reſpuit voces latio tacendas,
Atticos fontes, ſolymæq; chobarq;
Ebibit auctor,
Intybi fibris alitur cadente
Veſpere, innitus rapitur, nec vdo
Illinit cruſtum, vt meliùs paratus
Abdita noſcat,
Vſq; corriuant ſophiæ labores,
Atq; linguarum, fluit omne dogma;
Submouet ſenſus malè complicatos
Mente colenda;
Sternit Hebræos validus proteruos
Vrget informes, ſubigitq vero
Dogmatum cultor fidei rebelles
Ore trucidat:
Conſulit primis celebrem Sacerdos
Inſulis geſtans triplicem tiaram,
Africæ atq; audit iubar, & columna
Sancta, Quirini,

Non

Non iubas collo leo ſicut agnus
Erigit coram docilis videri,
Vulnus in palmis aperit, Beati
Fidit amori,
At fores cæli violentus arctas
Miles heremi petit, & voluptas
Viua ſe mergit moritura nunquam
Numine viſo.

# In S. Antonium Abbatem.

## ODE XXIX.

O Plaga Nili triquetra tumentis
Clare, quem pictis thalamus tapetis
Cepit infantem, parioq; celſa
Marmore turris,
Qui ſtruit culmus rigidum cubanti
Stramen, vt gemmis variata roris
Nunc coma exoptat docilis quietæ
Frigora noctis?
Teſqua monſtroſis penetranda plantis
Haud ſenes horres, oleris nec vllæ
Exitant cymæ, piget & diurnum
Mandere cruſtum:
Mentis Antoni cohibes habenis
Fortis immiſſam rabiem petulcam,



Digitized by Google

Zabulum victor trahis ad triumphum
Sæpè cachinno;
I, parem ructa fore te tonanti
Lucifer, cæli ſpatiare campos,
Bella mouiſti, fragilis ſenili
Vinceris hirquo.

*Finis Libri Primi.*

FRAN-

Digitized by Google

# FRANCISCI PETTI
## A SANCTO ELIA
## S. Th. V.I. Doctoris Abbatis Apicij Academici Ocioſi.

Odarum Liber Secundus.

## Ad Eminentiſs. & Reuerendiſs. Principē D.D. Franciſcum Barberinum Cardinalem Patronum.

### ODE PRIMA.

MVricem ſacri decoras ſenatus
Comparem Regũ trabeæ Patronus,
Principis ſummi ſecus & ſuprema
Sceptra refulges,

Conſili vires operoſus Heros
Nobili paſſim trahis ab iuuenta,
Iſta de cunis recipit potentis
Semina mentis;
Non Atlantæos humeros grauaret
Orbis adiunctum regimen viciſſim,
Teſtis Europæ furiatus vrgens
Viſcera motus:
Corda quòd libras animoſa Regum,
Publicas & res trutinis peræquis
Ordinas, cuncta & placitis regentis
Conſona mundum,
Integrum moris niueumq; triſtis
Vrbe mirantur ſceleris potenti,
Te decus recti, ſpecimenq; vitæ
Suſpicit Orbis,
Aureum illuſtras pretioſa ſeclum
Pompa virtutum radijs; nefaſti
Quicquid obrepit procul vt chelydrum
Diſijcis Heros,
Te dies læti Duce te ſenatus
Prouidi currunt, inimica veri
Monſtra perſpectis tacuere vitæ
Moribus almæ.



Digitized by Google

# Ad Hieronymum Santolinum Abbatem S. Domnini Vicarium Generalem Beneuenti.

## ODE II.

*Laudat regimen, & precatur, nè Beneuento diſcedat.*

NOn ſic quieuit perfidus efferæ
Motus phalangis, cum Macedo ferum
Vultum retorſit per cohortes
Exitium furijs minandò,
Curæ quierunt vt populi leues,
Et turba Santoline loquacium,
Et pertinacis vis clientis,
Quilibet atq; operis maligni:
Iudex quòd offers prouidus integra
Exempla morum, iuſſa feracia,
Non ſic retundunt perpetrandum
Iura virum ſcelus improborum,
Purum renidet iuſtitiæ decus,
Eſt vis catenis vincta nocentium,
Inſontis vt perfectioris
Geſta micent ſpecioſa cunctis;

Te

Te Vaticanis arcibus inſeret
Virtus,& altus magnanimi vigor
Cordis petentis ferre maius
Pondus in Italia decorum;
Vrbem guberna, quæ fuit agmina
Audax Quirini ſub iuga mittere,
Vicina diſces; Vaticani
Grandia tùm celebri patebunt.

# Ad Ducem Sancti Eliæ.

## ODE III.

*Nobilitatem commendat, & hortatur ad animi æquitatem.*

AMnes exiccat rabioſo Sirius æſtu,
Et reſonant fruticeta cicadis,
Lucidior dat Lympha vitro Praniſia murmur
Nobilibus ſeruanda diotis,
Frigida gemmanti gaudens decurrere riuo
Albuneæ non inuidet altæ,
Concedas ſplendere trabes,pariaſq; columnas;
Cælauit quas Atticus auctor;
Frigidior non vnda foret, nec vina falerni
Tunc melius reſtingueret vnquam,
Hinc ramis frutices intexti frigus opacum
Conſociant, hic ocia capta;

Pra-

Praniſi imperium tenuit ſtirps Pectia quondam,
Quam belli fortuna repreſſit,
Vltima ab Heſperia venit generoſus Ioſeph
Eloquio dicturus auitam
Stirpem, collatis Heroibus incipit, audi,
Connubia & Germane recenſe;
Auſtriacus Cæſar noſtras cum venit ad oras
Parthenopen viſurus, & arces,
Gloria pulchra Tagi & Franciſcus Palma tuorum
Cum Procerum ſtipante caterua
Hiſpani generis properauit caſtra ſecutus,
Stirps ſe Frangipania Ibero
Connubio primùm ſtabili Romana iugauit,
Huic nato veneranda tiara,
Huic Toralda vxor, ſanguiſq; Caracciolus illi
Iungitur, & Carrafa decore
Maiorum Procerum & Tocconum ſtirpe vetuſta
Stemma altum confert Iſabella
Principibus Graijs genitrix, altumq; decorem,
Pignatella domus, tibi grande
Caietana decus, Mendozza è ſanguine claro
Splendorem coniuncta ſorori;
Nobilium Montalua vxor generoſa propago
Tot fœcunda Duces tibi prodit;
Quæ ruit in vetitum nondum ſatiata iuuentas
Decedat, geniumq; refrænet,
Cautior aſpiciat cenſus de monte ſupremo
Regales cecidiſſe voratos,

Et

Digitized by Google

Et mentem reuocet ſapienter, gaza Tigelli
    Lubrica laxat fræna procaci,
Aequam ſemper item mentem ſeruare memento,
    Sic eris & ſtirpi, & tibi magnus,
Iam mimi, & ſcurræ, & nebulones, id genus omne
    Luxerunt in morte Neronis;
Te pereunte canit, Mœcenas, cœtus olorum
    Laudem, & viuet fama ſuperſtes.

# Veſuuius ardens.

## ODE IV.

*Horrendiſſimum Veſuuij incendium B. Ianuarij Martyris inclytæ Parthenopes Patroni precibus cohiberi.*

PRæſul, quem celebris Samnia protulit,
    Spes diſcriminibus tuta Neapolis,
Præſens Indigetes inter amabilis
    Vulcani furias claude repagulis
    Inſani, imperijs auſa refrigeant:
Titi nunc renuit tempora Veſuius,
    Atq; vndare apicem flammiferis globis,
    Et circum omne decus montis adurere,
Infandum at placuit iam nimium diù
    Moliri excidium, quod dolor expedit,
    Errarat ſilicum per caua viſcera
    Aer, per ſpatium ſpiritus inſolens

Vaſtum

Digitized by Google

Vaſtum feruidior mille profundius
Ipſo monte metris, iam calefacerat:
Circum cuncta, furens ſaxa ferit loci
Immenſi, & rapidos excutit eiolans
Ignes, qui ſcopulos è ſpecubus ferunt
Vulſos, miſta globis viſcera flammeis
Fumique & cineris proijciunt feri;
Quæ concreta ſimul nubibus aera
Confundunt piceis, aret in inuijs
Gens perculſa timens orbis & arbitrum,
Flammarumque ſonis horrificis trabes,
Per nubes fugiunt, montis ab impijs
Exeſi lateris faucibus erutæ,
Ructati cineris copia diffluit
In campos, fuerant qui Heſperidum ſacri
Horti delicijs, nec Mareotidi
Cedebat nitidæ, nec thaſijs botris,
Heu condit populos vrna cinis ruens,
Conſumpti aut pereunt ignibus accolæ,
Lambunt ſulphureis, qui mare riuulis,
Quæ fornace ſua viſcera coxerat
Orbis iacta volant, & ſegetes premunt,
Pallens imbre nouo Dalmata, cernere
Diflatos cineres obſtupet Africo,
Dat cœnoſus iter durius Adriæ
Portus non ratibus peruius vt ſolet,
Deſperat cytiſum pabula nec pecus
Quæ ramenta grauant carpit, & Appulum

Sternit ſicca fames,& macies gregem;
Tirreni furijs æquora perfidis
Occurrunt rapidis fluctibus,& replent
Immenſum barathrum ſulphureum Chaos,
Imis raptâ ruunt agmina piſcium
Foſſis,Phoca ſuis ſedibus vritur,
Delphinumque volant fruſta per aera,
Squamæque,& cinis,& rudera,quæ voment
Indignata feri pectora Veſuij;
Humor clauſus abit montis ab impetu
Accenſi,& refugit flamen,& exitum
Imbres accelerant ſæpe voraginis,
Quos vaſtæ accipiunt ora bibentia,
Ponto à culminibus miſta bitumina
Labuntur, picea & flumina feruida
Vrunt materiæ fulmen vt obicem,
Intactis paleis robur aduritur,
Huic ſunt oſſa cinis, veſtis,& integra,
Sal mirum quid agat,nitra quid,igneum
Sulphur quid,varia & miſta liquentia;
Radices aperit montis inutilis,
Et ſternit ſegetes oceanus fluens,
Fuſo rura natant diluuio,& domus
Vel deiecta cadit,culmina vel latent,
Merſa in ſulphureo gurgite turrium,
Damam haud crura iuuant,non quibus lupi
Adnantes per aquas incutiunt fugam,
Pontus deſiliens montibus arduis



Digitized by Google

Propulſat ſcopuloſos præcipites vijs,
Exundant pelago compita Caudij,
Nunc compago poli concutitur, globi
Nunc conuexa tremunt, axis & arduus
Stridet terribili murmure nobilis
Sentit Parthenope ſub pedibus ſolum
Totum contremere, atquè vrbis imaginem
Nutantem dubio culmine conſpicit;
Flamen ſæpe quatit. Diue potens redi,
Plectit pœna homines heu ſceleris comes,
Dulcem redde Dei cum prece dexteram,
Qua tangente voment viſcera montium,
Inſperata ſequens agricolis Ceres
Spem reddat, cineris fit calor humido
Miſtus, dulce ſatis, inferat horreis
Pluſquam de lybicis fertur ab areis,
Nullis vappa cadis diffluat, æſtuent
Poſthac vina ſuis Maſſica dolijs
Quò ſint ſympoſijs lætitiæ ſcyphi
O quàm nobilium ſtat decus Vrbium,
O quam Principibus culta palatia,
Et rident eboris per laquearia
Auratæ effigies, tignaq; Hymettia,
Curæ Pauſilypus temporis immemor
Ver longum, & placidæ litora Principum
Summouere domus, fata benigniùs
Non ceſſere ſolum, copia cum viris,
Fumiquè, & ſtrepitus, & longa negotia

Gratis ferre vices nobilibus ſolent,
Exiccatque furens cum Procyon dies,
Sangrorum Procerum ſtat domus in Plagæ,
Acta, ſplendidior diuitis arcibus
Luculli, hinc onychis fornicibus virent
Teſtæ, quæ redolent floris odoribus
Verni perpetuis, inde fluit vitro
Et Mæandron adit lucidior ſacer
Fons, riui trepidant, murmura lætior
Florum culta ſeges ſentit aquæ, leues
Frondes tot generum lenibus, & tremunt
Impulſæ Zephyris, aura ſalubrius
Nuſquam ferre vices incolumes valet.
O aulæa vide Paſtor, & aureis
Filis texta, Tyri & murice flammeo
Collucet paries vndique, compita
Myrto & flore nouo, & thuris odoribus
Vt miri redolent pignora ſanguinis
Congreſſum reperiunt cum capitis ſacri,
Et teſtes fidei Thrax videt, & Scythes.
Fanum conſtruitur nobilius ſitu
Regali, vt reduces relliquias colant,
Exornat Phrygius marmoreas lapis
Baſes, te ſtatuæ ſigna loquentia
Diuorum pariæ ſuſpiciunt Ducem,
Non miris Epheſi molibus inuidet.
Expectate veni, te pueri, comas
Te diſciſſa vocant agmina Virginum.

Ex

Ex grati medio luminis inſulis
Ornatum populo nunc caput exere:
Accenſuſq; cruor ſit vitrea in domo,
Et vibret veteres imperij minas,
Boncompagniadum quem caput eminens,
Fidens accelerat faucibus obicem;
Indignata timet verba ſilentia
Ignis montis edax, temporis & memor
Antiqui furias ponere cogitur.

# In obitu Don Gregorij Boncompagni Ducis Soræ, cum Academia Ocioſorum parentaret.

## ODE V.

CVr fles Roma modo, tuq; Bononia
Sic incredibili? & Parthenope tuas
Mœres ſciſſa comas, dum cadit inclytum
Boncompagniadum caput?
Eheu quæ lacrymę ſufficient Duci,
Orbi, qui viduo flebilis occidit,
Nobis flebilior natus amabilis,
Has voces repetunt piæ,

A Hæc

Hæc euecta domus, quòd benefecerit
Omni larga plagæ, qua Tanais Scythen
Europa ſecat, & dira Britannia
Qua vaſtum pelagus videt;
Inconcuſſa fides arcibus intulit
Quòd robur validum, vt Sarmata deuius
Confoſſus iaceat, Thrax quòd inhorruit,
Et ſectæ timuit necem,
Romæ præcipuis præfuit infulis
Quando Gregorius, qui facilis grauem
Orbi aptare modum, & Concilio Patrum,
Princeps integer vndique,
Hunc Vaſco coluit promptior, ad pedes
Dacus procubuit, miſit & India
Cultum, atque Aethiopes, & Babylon graues
Regeſque Antipodum preces,
Quem non purpurei dulce decus Chori
Franciſcus cumulat munere, quem Patrem
Semper ſuſpiciet grata Neapolis
Paſtorem, & recolet pium;
Cygni vos igitur nobilis ocij
Dignis Gregorium carminibus Ducem
Docti tollite, quem non Iouis impio
Saturno eripuit fauor.
Cuſtos iuſtitiæ, cui pudor, & fides
Incorrupta, decus grande fuit, micans
Regni inter Proceres gloria, & Vrbibus
Eluxit iubar aureum,

Aedes

Aedes Sora colit mole noua ſacras,
Herous quibus eſt cultus, & eloquens
Arpinum fruitur culminibus quoq;
Templorum ære piæ manus;
Clarant qui ingenijs Italiam, canant
Carmen triſte, quibus Mercurius dedit
Vocem, ex Orbe ſimul conueniant, vaga
Fertur triſtitia vt bonum.

# Ad Ioannem Baptiſtã Manſum Marchionem Villæ, ac celeberrimæ Acad. Ocioſ. Principem,

## ODE VI.

*Muſæ Neapolim nouum Parnaſſum deligunt.*

QVi facunde vetas colle ſuper ſacro
Dignos Phœbe viros laudibus emori,
Tandem luce noua concilium vocas
Muſarum egregium decus;
Sermone vt grauior mente profundior
Exæquans trutinas eligis optimum,
Et damnas Paridis iudicij neſas,
Quo celſum ruit Ilium.

Sic

Sic faris reſerans abdita conſili:
Abſceſſere viri finibus Atticis,
Et noſtris, Italis Roma leporibus
Orbem & condijt imperans;
Parnaſſi herba vias occulit, & pede
Nullo conteritur puluis vt antea,
Naſci ſe Latij lingua perennior
Iactat Pegaſidum ſinu;
Hinc vos dimoueat gloria Virgines,
Quæ ſit firma, celer reddere maximas,
Qua noſter radius luminat aera,
Non mutare locum ſcelus;
Noſtrum ſuſciperet Roma loquacium
Septem verticibus Theſpiadum chorum, at
Inferre Indigetes Empyrio ſtudet
Cælo iuncta potentior,
Vrbs ſtat Parthenope nobilis ocij
Circumcincta iugis florida, frondibus
Donans perpetuis tempora, Cynthij
Cunctis gratior Imperi;
Atque illi annuimus, cingeret vt caput
Vatum, qui Latij carmine, Tuſciæ
Vel docti accinerent, cultior illa nunc
Dat maiora poemata:
Virtutum genitus ſtirpe potentium
Manſus fert Aquilas dulce ſub ocium,
Quæ obtutum radio non remouent meo, &
Subducunt quod ineſt boni,

Prin-

Princeps ingenij nobilis imperat
Magnis Italiæ, priſca quibus ſchola
Stagiræ ſophiæ lampada cedit, &
Diuus dat Plato, & eloquens,
Manſum præcipui nominis æmulum
Acclamat Chorus hic, ſedibus & ſuis
Maieſtas regat, & Pegaſides Lyræque
Aeternent ſacra nomina,
Implerunt calathos floribus,& nouis
Lætæ percutiunt aera cantibus
Muſæ, præcipiti tùm loca nobilis
Currus præripiunt pede;
Nubes tranſgreditur Phœbus,& excipit
Amplexus patrios docta Neapolis
Mentes lætificans filia Virginum
Græca ſede beatior.

## Ad P. Io: Baptiſtam Maſculũ e Soc. Ieſu Lyricũ Poetã.

### ODE VII.

NEquicquam rapidus lora recentia
Aethon ſentit equus,dum terit igneus
Callem Zodiaci? viſcera diuitis
Terræ parturit aurea,

In

Digitized by Google

# In Adrianam Baſiliam.

## ODE VIII.

*Laudat eam, quòd integritatem, & puritatem cum arte canendi mira coniungat.*

O Dulce cliuo grata Neapolis
Effers vt Vrbes lene caput ſuper,
Vrge ſorores plectra ferre,
Tollere quas decet Adrianam,
Eſt pura Siren, & fidibus nouis
Concinnat aures mentibus integra
Ceras Vlyſſes, ſeque vinclis
Stringeret vt ſocius vetaret,
Muſis amica, & cara, beatior
Cum pulchra pulſans empyrio petis
Inſtare mentes, cumque dicis
Cantica tu Baſilis canora,
Ex rebus altis praua Deo placet
Auferre cælis inſerat vt bonum,
Sic Dis abactis fert Olympum
Purius Imperium Quirini.

Te Vaticanis arcibus inferet
Virtus,& altus magnanimi vigor
Cordis petentis ferre maius
Pondus in Italia decorum;
Vrbem guberna, quæ fuit agmina
Audax Quirini ſub iuga mittere,
Vicina diſces; Vaticani
Grandia tùm celebri patebunt.

# Ad Ducem Sancti Eliæ.

## ODE III.

*Nobilitatem commendat, & hortatur ad animi æquitatem.*

AMnes exiccat rabioſo Sirius æſtu,
Et reſonant fruticeta cicadis,
Lucidior dat Lympha vitro Praniſia murmur
Nobilibus ſeruanda diotis,
Frigida gemmanti gaudens decurrere riuo
Albuneæ non inuidet altæ,
Concedas ſplendere trabes, pariaſq; columnas;
Cælauit quas Atticus auctor;
Frigidior non vnda foret, nec vina falerni
Tunc melius reſtingueret vnquam,
Hinc ramis frutices intexti frigus opacum
Conſociant, hic ocia capta;

Pra-

Praniſi imperium tenuit ſtirps Pectia quondam,
Quam belli fortuna repreſſit,
Vltima ab Heſperia venit generoſus Ioſeph
Eloquio dicturus auitam
Stirpem, collatis Heroibus incipit, audi,
Connubia & Germane recenſe;
Auſtriacus Cæſar noſtras cum venit ad oras
Parthenopen viſurus, & arces,
Gloria pulchra Tagi & Franciſcus Palma tuorum
Cum Procerum ſtipante caterua
Hiſpani generis properauit caſtra ſecutus,
Stirps ſe Frangipania Ibero
Connubio primùm ſtabili Romana iugauit,
Huic nato veneranda tiara,
Huic Toralda vxor, ſanguiſq; Caracciolus illi
Iungitur, & Carrafa decore
Maiorum, Procerum. & Toccorum ſtirpe vetuſta
Stemma altum confert Iſabella
Principibus Graijs genitrix, altumq; decorem
Pignatella domus, tibi grande
Caietana decus, Mendozza è ſanguine claro
Splendorem coniuncta ſorori;
Nobilium Montalua vxor generoſa propago
Tot fœcunda Duces tibi prodit;
Quæ ruit in vetitum nondum ſatiata iuuentas
Decedat, geniumq; refrænet,
Cautior aſpiciat cenſus de monte ſupremo
Regales cecidiſſe voratos,

Et

Digitized by Google

Et mentem reuocet ſapienter, gaza Tigelli
  Lubrica laxat fræna procaci,
Aequam ſemper item mentem ſeruare memento,
  Sic eris & ſtirpi, & tibi magnus,
Iam mimi, & ſcurræ, & nebulones, id genus omne
  Luxerunt in morte Neronis;
Te pereunte canit, Mœcenas, cœtus olorum
  Laudem, & viuet fama ſuperſtes.

# Veſuuius ardens.

## ODE IV.

*Horrendiſſimum Veſuuij incendium B. Ianuarij Martyris inclytæ Parthenopes Patroni precibus cohiberi.*

PRæſul, quem celebris Samnia protulit,
  Spes diſcriminibus tuta Neapolis,
Præſens Indigetes inter amabilis
  Vulcani furias claude repagulis
  Inſani, imperijs auſa refrigeant:
Titi nunc renuit tempora Veſuius,
  Atq; vndare apicem flammiferis globis,
  Et circum omne decus montis adurere,
Infandum at placuit iam nimium diù
  Moliri excidium, quod dolor expedit,
  Errarat ſilicum per caua viſcera
  Aer, per ſpatium ſpiritus inſolens

Vaſtum

Digitized by Google

Vaſtum feruidior mille profundius
Ipſo monte metris, iam calefacerat
Circum cuncta, furens ſaxa ferit loci
Immenſi, & rapidos excutit euolans
Ignes, qui ſcopulos è ſpecubus ferunt
Vulſos, miſta globis viſcera flammeis
Fumique & cineris proijciunt feri;
Quæ concreta ſimul nubibus aera
Confundunt piceis, aret in inuijs
Gens perculſa timens orbis & arbitrum,
Flammarumque ſonis horrificis trabes,
Per nubes fugiunt, montis ab impijs
Exeſi lateris faucibus erutæ,
Ructati cineris copia diffluit
In campos, fuerant qui Heſperidum ſacri
Horti delicijs, nec Mareotidi
Cedebat nitidæ, nec thaſijs botris,
Heu condit populos vrna cinis ruens,
Conſumpti aut pereunt ignibus accolæ,
Lambunt ſulphureis, qui mare riuulis,
Quæ fornace ſua viſcera coxerat
Orbis iacta volant, & ſegetes premunt,
Pallens imbre nouo Dalmata, cernere
Diflatos cineres obſtupet Africo,
Dat cœnoſus iter durius Adriæ
Portus non ratibus peruius vt ſolet,
Deſperat cytiſum pabula nec pecus
Quæ ramenta grauant carpit, & Appulum

Sternit ſicca fames, & macies gregem;
Tirreni furijs æquora perfidis
Occurrunt rapidis fluctibus, & replent
Immenſum barathrum ſulphureum Chaos,
Imis raptà ruunt agmina piſcium
Foſſis, Phoca ſuis ſedibus vritur,
Delphinumque volant fruſta per aera,
Squamæque, & cinis, & rudera, quæ vomunt
Indignata feri pectora Veſuij;
Humor clauſus abit montis ab impetu
Accenſi, & refugit flamen, & exitum
Imbres accelerant ſæpe voraginis,
Quos vaſtæ accipiunt ora bibentia,
Ponto à culminibus miſta bitumina
Labuntur, picea & flumina feruida
Vrunt materiæ fulmen vt obicem,
Intactis paleis robur aduritur,
Huic ſunt oſſa cinis, veſtis, & integra,
Sal mirum quid agat, nitra quid, igneum
Sulphur quid, varia & miſta liquentia;
Radices aperit montis inutilis,
Et ſternit ſegetes oceanus fluens,
Fuſo rura natant diluuio, & domus
Vel deiecta cadit, culmina vel latent,
Merſa in ſulphureo gurgite turrium,
Damam haud crura iuuant, non ouibus lupi
Adnantes per aquas incutiunt fugam,
Pontus deſiliens montibus arduis

Pro-

Propulſat ſcopuloſos præcipites vijs,
Exundant pelago compita Caudij,
Nunc compago poli concutitur, globi
Nunc conuexa tremunt, axis & arduus
Stridet terribili murmure nobilis
Sentit Parthenope ſub pedibus ſolum
Totum contremere, atquè vrbis imaginem
Nutantem dubio culmine conſpicit;
Flamen ſæpe quatit. Diue potens redi,
Plectit pœna homines heu ſceleris comes,
Dulcem redde Dei cum prece dexteram,
Qua tangente voment viſcera montium,
Inſperata ſequens agricolis Ceres
Spem reddat, cineris ſit calor humido
Miſtus, dulce ſatis, inferat horreis
Pluſquam de lybicis fertur ab areis,
Nullis vappa cadis diffluat, æſtuent
Poſthac vina ſuis Maſſica dolijs
Quò ſint ſympoſijs letitiæ ſcyphi;
O quàm nobilium ſtat decus Vrbium,
O quam Principibus culta palatia,
Et rident eboris per laquearia
Auratæ effigies, tignaq; Hymettia,
Curæ Pauſilypus temperat immemor
Ver longum, & placidæ litora Principum
Summouere domus, fata benigniùs
Non ceſſere ſolum, copia cum viris,
Fumiquè, & ſtrepitus, & longa negotia

Grat is ferre vices nobilibus ſolent,
Exiccatque furens cum Procyon dies.
Sangrorum Procerum ſtat domus in Plagæ,
Acta, ſplendidior diuitis arcibus
Luculli, hinc onychis fornicibus virent
Teſtæ, quæ redolent floris odoribus
Verni perpetuis, inde fluit vitro
Et Mæandron adit lucidior ſacer
Fons, riui trepidant, murmura lætior
Florum culta ſeges ſentit aquæ, leues
Frondes tot generum lenibus, & tremunt
Impulſæ Zephyris, aura ſalubriùs
Nuſquam ferre vices incolumes valet.
O aulæa vide Paſtor, & aureis
Filis texta, Tyri & murice flammeo
Collucet paries vndique, compita
Myrto & flore nouo, & thuris odoribus
Vt miri redolent pignora ſanguinis
Congreſſum repetunt cum capitis ſacri,
Et teſtes fidei Thrax videt, & Scythes.
Fanum conſtruitur nobilius ſitu
Regali, vt reduces relliquias colant,
Exornat Phrygius marmoreas lapis
Baſes, te ſtatuæ ſigna loquentia
Diuorum pariæ ſuſpiciunt Ducem,
Non miris Epheſi molibus inuidet.
Expectate veni, te pueri, comas
Te diſciſſa vocant agmina Virginum.

Ex grati medio luminis inſulis
Ornatum populo nunc caput exere:
Accenſuſq; cruor ſit vitrea in domo,
Et vibret veteres imperij minas,
Boncompagniadum quem caput eminens,
Fidens accelerat faucibus obicem;
Indignata timet verba ſilentia
Ignis montis edax, temporis & memor
Antiqui furias ponere cogitur.

# In obitu Don Gregorij Boncompagni Ducis Soræ, cum Academia Ocioſorum parentaret.

## ODE V.

CVr fles Roma modo, tuq; Bononia
Sic incredibili? & Parthenope tuas
Mœres ſciſſa comas, dum cadit inclytum
Boncompagniadum caput?
Eheu quæ lacrymę ſufficient Duci,
Orbi, qui viduo flebilis occidit,
Nobis flebilior natus amabilis,
Has voces repetunt piæ,

Hæc

Hæc euecta domus, quòd benefecerit
Omni larga plagæ, qua Tanais Scythen
Europa ſecat, & dira Britannia
Qua vaſtum pelagus videt;
Inconcuſſa fides arcibus intulit
Quòd robur validum, vt Sarmata deuius
Confoſſus iaceat, Thrax quòd inhorruit,
Et ſectæ timuit necem,
Romæ præcipuis præfuit infulis
Quando Gregorius, qui facilis grauem
Orbi aptare modum, & Concilio Patrum,
Princeps integer vndique,
Hunc Vaſco coluit promptior, ad pedes
Dacus procubuit, miſit & India
Cultum, atque Aethiopes, & Babylon graues
Regeſque Antipodum preces,
Quem non purpurei dulce decus Chori
Franciſcus cumulat munere, quem Patrem
Semper ſuſpiciet grata Neapolis
Paſtorem, & recolet pium;
Cygni vos igitur nobilis ocij
Dignis Gregorium carminibus Ducem
Docti tollite, quem non Iouis impio
Saturno eripuit fauor.
Cuſtos iuſtitiæ, cui pudor, & fides
Incorrupta, decus grande fuit, micans
Regni inter Proceres gloria, & Vrbibus
Eluxit iubar aureum,

Aedes

Digitized by Google

Aedes Sora colit mole noua ſacras,
Herous quibus eſt cultus, & eloquens
Arpinum fruitur culminibus quoq;
Templorum ære piæ manus;
Clarant qui ingenijs Italiam, canant
Carmen triſte, quibus Mercurius dedit
Vocem, ex Orbe ſimul conueniant, vaga
Fertur triſtitia vt bonum.

# Ad Ioannem Baptiſtã Manſum Marchionem Villæ, ac celeberrimæ Acad. Ocioſ. Principem.

## ODE VI.

*Muſæ Neapolim nouum Parnaſſum deligunt.*

QVi facunde vetas colle ſuper ſacro
Dignos Phœbe viros laudibus emori,
Tandem luce noua concilium vocas
Muſarum egregium decus,
Sermone vt grauior mente profundior
Exæquans trutinas eligis optimum.
Et damnas Paridis iudicij nefas,
Quo celſum ruit Ilium.

Sic

Sic faris reſerans abdita conſili:
Abſceſſere viri finibus Atticis,
Et noſtris, Italis Roma leporibus
Orbem & condijt imperans;
Parnaſſi herba vias occulit, & pede
Nullo conteritur puluis vt antea,
Naſci ſe Latij lingua perennior
Iactat Pegaſidum ſinu;
Hinc vos dimoueat gloria Virgines,
Quæ ſit firma, celer reddere maximas,
Qua noſter radius luminat aera,
Non mutare locum ſcelus;
Noſtrum ſuſciperet Roma loquacium
Septem verticibus Theſpiadum chorum, at
Inferre Indigetes Empyrio ſtudet
Cælo iuncta potentior,
Vrbs ſtat Parthenope nobilis ocij
Circumcincta iugis florida, frondibus
Donans perpetuis tempora, Cynthij
Cunctis gratior Imperi;
Atque illi annuimus, cingeret vt caput
Vatum, qui Latij carmine, Tuſciæ
Vel docti accinerent, cultior illa nunc
Dat maiora poemata:
Virtutum genitus ſtirpe potentium
Manſus fert Aquilas dulce ſub ocium,
Quæ obtutum radio non remouent meo, &
Subducunt quod ineſt boni,

Prin-

Digitized by Google

Princeps ingenij nobilis imperat
Magnis Italiæ, priſca quibus ſchola
Stagiræ ſophiæ lampada cedit, &
Diuus dat Plato, & eloquens,
Manſum præcipui nominis æmulum
Acclamat Chorus hic, ſedibus & ſuis
Maieſtas regat, & Pegaſides Lyræque
Aeternent ſacra nomina,
Implerunt calathos floribus,& nouis
Lætæ percutiunt aera cantibus
Muſæ, præcipiti tùm loca nobilis
Currus præripiunt pede;
Nubes tranſgreditur Phoebus,& excipit
Amplexus patrios docta Neapolis
Mentes lætificans filia Virginum
Græca ſede beatior.

# Ad P. Io. Baptiſtam Maſculũ e Soc. Ieſu Lyricũ Poetã.

## ODE VII.

NEquicquam rapidus lora recentia
Aethon ſentit equus,dum terit igneus
Callem Zodiaci? viſcera diuitis
Terræ parturit aurea,



Digitized by Google

Vt tollat Lyrici gloria verticem,
Clio ipſa erudio ſecula, ſpiritus
De cælo veniens diuus oloribus
Fert æterna poemata,
Laus ſtat Pindarici carminis, & paris
Flacci præ meritis ære perennior,
Famam quæ ſupereſt pendere neſcius
Tanti barbitus ingeni.
Loiolæ emeritis Maſculus è viris
Aſſurgit potior verſibus, accinit
Quod plectro ſapiens, purus & integer
Cælo dedicat æmulus:
Nomen non Epheſus, miraque Mempheos
Aeternare putent molibus, vnus vt
Infamis volitet vertit Heroſtatus
Flammis in cineres domum;
Audax conſilio non thyma carpere
Sicut turba apium floribus aduolans,
Emiranda nouis ore operoſior
Effingit ſacra cantibus,
Euitata Lyræ meta profundior
Sacris impediat tempora frondibus
Noſtro in monte, noui gloria iuſtior
Vatis purior vt Lyra.

In

# In Adrianam Baſiliam.

## ODE VIII.

*Laudat eam, quòd integritatem, & puritatem cum arte canendi mira coniungat.*

O Dulce cliuo grata Neapolis
Effers vt Vrbes lene caput ſuper,
Vrge ſorores plectra ferre,
Tollere quas decet Adrianam,
Eſt pura Siren, & fidibus nouis
Concinnat aures mentibus integra:
Ceras Vlyſſes, ſeque vinclis
Stringeret vt socius vetaret,
Muſis amica, & cara, beatior
Cum pulchra pulſans empyrio petis
Inſtare mentes, cumque dicis
Cantica tu Baſilis canora,
Ex rebus altis praua Deo placet
Auferre cælis inſerat vt bonum,
Sic Dis abactis fert Olympum
Purius Imperium Quirini.

# Ad Marium Viperam Archidiaconũ Beneuentanũ.

## ODE IX.

*Stemmatis Viperæ origo, laus virorum domus eiuſdem.*

LAudare prompto corripuit Lyram
Plectrumque preſſit Calliope manu,
Præclara dices, tolle carmen,
Subdit & emeritis labora,
Dijs dedicatus iam coluber biceps
Intus recludens *Dæmona* Delphicum,
Barbatus orans quem fugauit,
Stemma tulit generi micanti,
Quantum vetuſto ſanguine prodijt
Robur virorum, quos adamantina
Lorica texit ceu tremenda
Fulmina militiæ furentis:
Regnata Græco Samnia cum vetus,
Genti aut ſub Iſtro quæ fera naſcitur,
Seu ſceptra Princeps geſſit ipſa,
Siue iugum domini Quirini,
Vis conſili, ò & quanta fuit domo
Prudente, quot iam Mercurios togis
Facundiores Roma vidit
Iura ſuo reſerare Ciui;

Obli-

Obliuioſa quos premit impium
Sub nocte tempus, nunc Marij manus
Vexit laborans lucis almæ
Perſpicuo, nitidoque cælo,
Clarata ſcripſit nomina Præſulum
Samnitum, & Vrbis faſta recenſuit,
Sanctos vt Orbis mente figet,
Fama vehet Marium ſuperſtes.

# Ad Abbatem Antonium Ragucium Canonicum Beneuentanum.

## ODE X.

*Laudat eius opera typis excuſa.*

VT læta vernis prata coloribus
Rebus labores ſic varijs virent,
Et rore cæli ſemper vdi
Egregios redolent odores,
Tellure ſacra fixa tenacius
Radix perennat, flumina quam rigant
Oris loquentis dogma multum,
Temporis haud tineas timebit:

Eſ-

Digitized by Google

Effícta formis vaſa recentibus
Oris refertis non Arabum inuident
Gazis, potens tam multa ferre
Copia non opulenta cornu:
Lucerna noćti cedere neſcia,
Arćturum obortum non pauet emicans
Liuoris imi, nec ſoluta
Aeolias furias catena,
Orbis theatro perpetuò nitent
Artes, & auctor Dux ſapientiæ,
Splendere poſſunt ſancta pompis
Templa modos habitura rećtos.

# Ad Ioannem Fabricium Panagium I. C.

## ODE XI.

*Laudat eius ſcripta de ſuſpicione fuga.*

NOn ſic retortis flexibus inuius
Mæander errat per loca neſcius
Monſtrare curſus, cum doloſè
Mille plagas Aſiæ recurrit,



Digitized by Google

Vt iuſta nolens ſoluere fœnora
Diffingit artes, atque iterat fugæ,
Ne lubricus quæri reportet
Aes vacuæ repetentis arcæ,
Accurrit alter Mercurius volans
Sublimè penna, detegit ingeni
Scriptoque fraudes, & liquentis
Conſtituit retinere curſus,
Scrutans doloſos lumina conſulit
Diuina, ſidus ceu rotat ad latus
Solis, nec vſquam ſidus errat
Zodiaco repetente gyros.

# Ad Aſcanium Petti Nepotem Phil. & Med. Doctor.

## ODE XII.

*Fortunæ caſus ferendos, qui à Deo ſunt, & malignis, & inuidis parcendum.*

PEtti Nepotes inter amabiles
Delecte curis pone modum tuis,
Vt fulmen eſt fortuna rebus
Culmina Pyramidum refringens.

Cæli

Cæli reuoluunt Iuppiter, & Venus,
  Saturnus & Mars feruidus orbitas,
  At bruta tellus tantùm inertem
  Stare petit peraranda molem,
Regnata tellus Aſſirijs prius
  Tùm ſceptra Medi, & Perſidis excipit,
  Magnis Alexander trophæis
  Res Aſiæ pueris reliquit;
Romana moles concidit ardua
  Caſura nunquam viſa Quiritibus,
  Heroas armis ſors beatæ
  Proruit & ſophiæ dicatos;
Nam ſumma rerum, atque ima Deus vice
  Inuerſa ab alto curuat, & erigit,
  Non finis exit deſtinatus
  Impotis vt medijs carentis,
Pra niſi aquoſi notus ab Oppido
  Doctor vetuſtam ducis originem,
  Compone tecum magna paruis
  Vulgus habes Medicus profanum:
Vxore gaude gente Tiburtia
  Multùm referta nobilibus modis
  Toruis peremptos optet hirquis
  Inuidus haud feriet ruina;
O quàm laceſſit turba dicacium
  Quos gloria amplis tollit honoribus,
  Eſt parta virtus in theatris,
  Parcite magnanimi malignis.

Ad

Digitized by Google

# Ad Alumnos Seminarij Beneuentani adultiores, cum eſſet Rector ibidem.

## ODE XIII.

*Iuuenes regi faciles, & allaborantes optimum finem adipiſci, contra verò oſcitantes exemplo Heroum.*

CReditis Tigri iuuenes phaſelum
Quem rapit fluctus celer, & vorandum
Vorticis torquet rota fraudulenta
Remige nullo,
Nec feri ſyrtes, rabiemq; Ponti
Cautus euitat gelidi bootis
Neſciens, nigra ſibi noctiluca
Gurgite vaſto,
Dum Noto, atq; Euro Boreaq; mugit,
Et celox vdis agitur procellis,
Tollitur ſummis iterum profundis
Mergitur vndis;
At fidem firmat dubiam magiſter,
Anchoris fundat, regit, & reuulſis
Carbaſis guttas reicit reuiſens
Litora tandem;

Vicerat Cannis, Trebia, & Lemanno
Annibal fortes agitans lacertos
Nocte ſub dio, capit Orbis audax
Quàm propè ſceptrum,
Lubrica at pellex domito videri
Robur infregit, Macedo ligone
Ruſticos durans tremefecit Indos
Victor eoos:
Perſico in curru nitet apparatu,
Splendeat campus iubet & Darius,
Torquibus miles, clypei nitentes,
Luxus & omnis,
Aureis vxor veniat, quaterq;
Eſſedis centum veniant puellæ,
Turpiter cunctæ cecidere turmæ
Perſide victa;
Ferreus Martis populus labore
Suetus ingenti domuit Gelonos,
Cantabros diros, domuit Sicambros,
Preſſit & Orbem,
Implicat laurus celebris decoram
Virgili frontem vigili lucernæ
Subditam ſemper, vetuit perire
Muſa poetas;
Quinq; Stagiræ quater & Platona
Audijt luſtris ſapiens magiſter
Orbis, vt pulcher labor extimetur
Arduus eſto,



Digitized by Google

# Ad Impuberes Alumnos Seminarij Beneuenti.

## ODE XIV.

*Pueros dociles eſſe debere, & ex rigida eruditione optimos formari.*

Bruma ſeu frondes Aquilone ſyluæ
Decoquat, truncos ſpolietq; formis,
Seu Canis campis rabiem caloris
Mittat hiulcis,
Vota condiſcat puer excitatus
Manè præcurrens radios coruſcos
Poplite inflexo, duplicíq; palma
Pandere cælo:
Non neget mores auidus magiſtro,
Corrigi exoptet patiens flagelli;
Pertinax virgis vitioſiorem
Se putet eſſe;
Roma plagoſi Orbilij vocauit
Sæuiens lorum, at modulans Horati
Vena prodiuit liquidum pererrans
Aethera Vatis;
Aſperis format ſtudijs magiſter
Puberes prauis elementa radens,
Dum puer ſorti rudis in veredo
Perfidus hæret.

# Ad Horatium Flaccum Latinæ Lyræ Principem.

## ODE XV.

FLacce Romanæ fidicen camœnæ,
Pindarus Thebis ruit vt profundo
Ore ſublimis, benè ſic perennas
Compare Muſa,
Audijt Cæſar tibi geſta dici,
Pollio, & Druſus celebres triumphos,
Molis immenſæ dominus Quirinus
Audijt Orbis
Principis primam recinentis artem,
Lesbijs æquè meditata plectris
Ducis immenſus ſocianda noſtris
Carmina chordis:
Laude Mœcenas decoratur alta;
Gratiæ, & riſu Venus, & Cupido
Laureas nectunt, potiora donat
Munera Apollo:
Audeat ſi quis catus æmulari,
Fert Alexandri gladium ſatelles
Medus, atq; audax agitans Darium
Linquit inultum,

Daunia

Digitized by Google

Daunia natus tenuis camoenæ
Te ſequar claudo an calamo allaboro,
Excitor ſacræ furijs eoo
Veſpere Muſæ;
Quid mali vatem pauidum moratur?
Meta ſublimis ferienda doctis
Ponitur, tandem moueor, pericla
Dulcia ſunto;
Pone ſuſpenſos dubius timores,
Oſcula amplexans iterat vetuſta
Turba Cygnorum, recines amicus
Vatis Horati.

# In Iuuenem procacem.

## ODE XVI.

PExa ſi pellex religata crines,
Creta quam fucat ſatiaret vnquam, vt
Cereos vites Glyceræ lacertos
Purus amoris,
Te quis vrgeret furiæ procaci,
Si tamen creſcit rabies petulca
Fomite vt querno furiatus ignis:
Ne ſcelus aude;
Viue ſed cœlebs, meditata puri
Vel tori coniux ſimilis iugetur,
Naufragi & monſtret paries tabellam, &
Vota beatis.



Digitized by Google

# Ad Beneuentum.

## ODE XVII.

Pontius fortem domuit Quirinum,
Caudij furcæ memorant iocoſæ
Sub iugum pulſos cuneos ſuperbæ
Dedecus Vrbis,
Didicit poſthac inimica caſtra
Haud notis vti, vel amica mitti,
Enſe vel cædi patre conſulente
Palladis artem,
Fraudibus ſi Dux voluiſſet vti,
Hoſtis in caſtris ſolet vt doloſus,
Tutus effractor potuiſſet Vrbis
Tollere ſceptrum,
Hanc fidem miles quis in hoſte quærit?
Hinum flammis tecidit ſuperbum, &
Fama victoris celer it doloſo
Ventre veredi.
Decipi bellum recipit viciſſim;
Ni datæ verbum fidei reclamet,
Impium duxit ſibi [illegible]
Fraude Sinonis.



Digitized by Google

## ODE XVIII.

*Fines hominum non rectos, ſi à Deo deſciſcunt.*

PAucis virorum cura defluentium,
  Finiſq; rerum congruit,
Glebas colonus vertit, & ligonibus
  Radice vulſa ceſpites
Cædit dolens quàm ſæpè quòd recolligat
  Vepres rubentes ſanguine;
Burim premendo dura per noualia
  Sulcos auarus findere
Aeſtu peruſtus ceſſet haud, nec ob gelu,
  Quò poſt redundent horrea,
Armenta verno colle mugientia
  Spectat bubulcus tardior,
Tondere molles Mopſus optat inuidus
  Tauri greges ſub cornua,
Fœcunda coniux vitis, atq; adultior
  Vlmo maritæ nectitur,
Quod vina foſſor promat horna dolio,
  Vuas edet quòd penſiles,
Fortem iuuant hunc militem pericula, &
  Clamore duci Belgico,
Velox equis, & nauibus peturitur,
  Quò victor extet Barbari,
Herbas eoas quærit, vt valentior
  Seruetur vltra corpore,

Cantata

Digitized by Google

Cantata canus ſæpè cum venefica
  Profert perunctus carmina,
Prçſagit hiç augmenta, vel quid in pigris
  Saturnus affet ſedibus,
Vt mucro aduncis piſcibus reconditur
  Eſca ſub vda, & callida,
Sic recta parent multa, quæ nocentia
  Leni latent ſub cortice,
Plerumq; ſignum mentibus quod vtile, aut
  Arriſerit quod ſenſibus,
Cæli trahit qui cuncta finis inclytus
  Sit cordibus mortalium,
Magnes Booten aſpicit tumentia
  Per Regna tranſit pertinax,
Securus ibis grata per negotia,
  Norma Dei ſi digeras;
Non Cæſaris contentus es potentia
  Cæli replendus gratia,
Si nulla clauſis eſt quies liquoribus,
  Non eſt redundans amphora.

## ODE XIX.

*Laudes, & finis vitæ immaculatæ.*

NOn ſic relictis ad latus hiſpidis
  Ales rubetis, & nebula, & Noto
Querceta deflectente Olympi
Vertice perfruitur ſereno,

Vt

Vt mente gaudet purus, & integer
 Intaminata, pallet & impium
 Cum fraudibus Myrrhæ, & Thyeſtis
 Concubitum, & rabiem Moloſſi,
Caci, & Promethei furta, Vitellij
 Fœdi & voraces ingluuies, nefas
 Atq; omne deteſtatur vnguem
 Ferre mali reputans colubram,
Hic mente purus vitat inops opes
 Terris recludi Mygdonias, polo
 Victurus vſq; ædem reponit
 Merce ſtruens operoſiore.

Finis Secundi Libri.

*Laus Deo, Beataq; Virgini.*

Omnia correctioni Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ ſubijcio Ego Franciſcus Petti Auctor Odarum



Digitized by Google

## Elenchus Odarum Primi Libri.

AD Eminentiſs. Cardinalem Oregium fol. 5
Ad S.D.N. Vrbanum VIII. Pont. O. M. 7
Ad inclytum Regnum Neapolitanum 10
In Virginem aſſumptam 13
In Sanctum Andream Apoſtolum 15
In Sanctum Ianuarium Epiſcop. & Martyr. 17
In Sanctum Thomam Aquinatem 19
In eundem 20
In Sanctum Athanaſium Epiſcopum 22
In Sanctum Aſpremium Epiſcopum 24
In Sanctum Seuerum Epiſcopum 25
In Sanctum Agrippinum Epiſcopum 26
In Sanctum Agnellum Abbatem 28
In Sanctum Franciſcum à Paula 30
In Sanctam Patriciam Virginem 32
In Sanctum Euphebium Epiſcopum 36
In Sanctum Philippum Nerium 36
In Beatum Iacobum Picenum 37
In Beatum Andream Auellinum 39
In Sanctum Franciſcum ab Aſſiſio 40
In Sanctum Ignatium Patriarcham Ieſuit. 42
In Sanctum Michaelem Archangelum 43
In Sanctum Ianuarium Epiſcopum 46
In Sanctum Bartholomæum Apoſtolum 48
In Sanctum Mercurium Martyrem 50
In Sanctum Barbatum Epiſcopum 51
In Sanctum Andream Apoſtolum 53
In Sanctum Hieronymum Presbyt. 54
In Sanctum Antonium Abbatem 57

Elen-

Digitized by Google

AD Eminentiſs. Card. Barberinum. 59
Ad Hieronymum Santolinum Vicarium Beneuenti. 61
Ad Ducem Sancti Eliæ. 62
Veſuuius ardens. 64
In obitu Ducis Soræ cum Academia Ocioſorum parentaret. 69
Ad Io: Bapt. Manſum Marchionem Villæ. 71
Ad Io: Baptiſtam Maſculum è Societate Ieſu Lyricum Poetam. 73
Ad Adrianam Baſiliam. 75
Ad Marium Viperam Archid. Beneuenti. 76
Ad Abbatem Antonium Ragucium Canonicum Beneuenti. 77
Ad Io: Fabricium Panagium I.C. 78
Ad Aſcanium Petti Nepotem Ph. & Medici. Doctorem. 79
Ad Alumnos Seminarij Beneuentani adultiores cum eſſet Rector ibidem. 81
Ad impuberes alumnos Seminarij Beneu. 83
Ad Horatium Flaccum Latinæ Lyrę Principem. 84
In Iuuenem procacem. 85
Ad Beneuentum. 86
Fines hominum non rectos ſi à Deo deſciſcunt. 87
Laudes & finis vitæ immaculatæ. 88



Digitized by Google

| | *Errata* | *Corrige.* |
|---|---|---|
| Pag. 10.Od3.verſ.1. | barbati | Barbiti |
| Pag.13.Ode 4.Str.3. | radiante | irradiante |
| Pag.22.Ode 9.Str.3. | Præſſerit | preſſerit |
| Pag.24.Od.10.Str.4. | recludit | recondit |
| Pag.30.Od.14.Str.2. | viſcere | viſere |
| P.34. Od.15.Str.11. | deuintumq; | deuinctumq; |
| Pag.37.Od.17.Str.5. | ſuſcipit | ſuſpicit |
| Pa.39.Od.18.St.1. | promuſcum | Promus cum |
| Pag.49.Od.24.Str.6. | fruſtra | fruſta |
| Pag.53.Od.26.proſa. | arreptitur | arreptione |

Ratio verò in accentibus, colis, & commatibus aliquando non ſeruata, eſt veluti inſenſibili obſeruatione prætermiſſa, itemq; literarum magnitudines permutatæ.

ye.

e

umq

cum

ne

tibus
li ob
agn

Digitized by Google

Digitized by Google